nō est in deū diues. id ē. nō querit diuitias virtutū. nec cogitat de futura vita sz solū de p̄senti que est modica. Job. xiij. Breues dies hoīs sunt. Reuera breues. Jaco. iiij. Que est vita vestra vapor ad modicū parēs. ps. ciij. Dies hoīs sicut vmbra p̄tereunt. Sz heu multi cogitāt super multa z lōga tēpora z edificant firma edificia. cū tñ hic simus hospites. ad Hebre. xiij. Nō habemus hic manentē ciuitatē sed futurā inq̄rimus. De p̄senti vero vita scribit Sap. v. Tanq̄ nauis p̄currens et nauis que p̄trāsijt fluctuantē aquā. cuius cū p̄terierit nō est vestigiū inuenire. aut tanq̄ auis que trāsuolat in aere. et nullum inuenit argumētū itineris ei⁹. sz tm̄ sonitus alaz. aut tanq̄ sagitta emissa in locū destinatū. tanq̄ spuma gracilis q̄ a p̄cella dispergitur. tāq̄ fum⁹ q̄ a vēto diffusus ē. tāq̄ memoria hospitis vni⁹ diei p̄tereūtis. Sic nos nati cōtinuo defecim⁹ esse. Ecce fatuitas magna ꝯfidere in istam fluidam vitā ¶ Sz diceres. nō debeo habere medicos ad ꝯseruandū me in p̄senti vita. Rñdetur q̄ sic. quia scribit Eccli. xxxviij. Honora medicum p̄pter instantē necessitatē. Et subdit. Altissimus de terra creauit medicinā. z vir prudens nō abhorrebit eā. Sed dicit sctūs Tho. in ordine ad vitā gratie et glorie. Nam scribit Isa. xxx. Expectat nos d⁹ vt misereat nostri Et sic nos intēdere viuere debem⁹ vt miseri cordiā eius acq̄ramus z vt ueniam⁹. q̄ dicit apl's Ro. ij. Ignoras q̄m benignitas dei te ad penitētiā adducit. Et sic christ⁹ ait paralitico. xxxviij. annis i infirmitate iacēti. Ua de amplius noli peccare ne deteri⁹ tibi cōtin[illegible] ¶ Septi fatui christiani sunt q̄ bōa ope[illegible] sed recta intentōe carent. Hi sunt [illegible] habēt bonoz opez. sed carēt oleo [illegible] intentōis. De q̄bz Aug⁹ de verbis dñi. [illegible] ne ꝓpteres gaudent vt intrisec⁹ dō placeant nō habēt oleū. scū. nihil eni habēt dū ꝓtinenter viuūt nisi id [illegible] dō in laudibz hominū attingūt. De talibz dicit Grego. Qui re tam intentōem in ope nō tenēt totū opus amittūt. Cui ꝯsonat mgr in ij. sniaz. dis. xl. Actus simpliciter mali sunt q̄ peruersam intētōem habēt. Hi dicēt in iudicio. Date nobis de oleo vro. i. p̄hibete nobis testimoniū bonoz opez. Rñdent prudētes. Ite pti⁹ ad vēdētes z emite vob. i. ad hoīes adulatores q̄z laudē desideraſtis z acceptaſtis. q̄si dicēt. q̄d p̄dest vob laus hoīm nisi son⁹ ꝓtoz trāseuntiuz. cessat hō laudare p̄det ypocrita p̄mium sicuz. Fatuus mercator est q̄ exponit merces suas nihil halētibz. Et sic ypocrite opa bona faciūt ꝓpter aspectū z laudē hoīm De q̄bz Eccl. xx. Luscius et imprudēs nō seruabit tpus. i. futurā ad remunerādū ¶ Septimi fatui christiani sunt q̄ bōa opa agunt z charitatē nō habēt. De q̄ Bre. Sic lāpas nō lucet sine oleo sed fetet. sic op⁹ bonū sine charitate vncōe deo nō placet. De q̄ apl's. i. Thoz. xiij. Si charitatē nō habuero nihil sum. s. in aspectu dei. Un Hilari⁹ sup ioh̄em Frustra est oīs operatio nisi dei assit dilectio. ¶ Sz diceres. quare charitas signat per oleū. Rñdet septē de causis vt dic̄ Plinius. sm septem ꝓp̄erates seu similitudines olei charitati compatas. Prima. oleū ē dilatatiuū. nam parua gutta stillās in vestē i magnum dilatat spaciū. sic charitas nō manet inclusa sz opatur z dilatat in multa bōa opa. De quo Bre. Charitas nō est ociosa sz opatur magna si est. et nō soluz q̄ ad se sed etiā q̄ ad alios. sicut apl's inquit. i. Thoz. x. Nō q̄rēs q̄d mihi vtile est sed q̄d multis vt salui fiāt. Secūda ꝓp̄rietas. oleū est penetrabile. sic charitas penetrat interiora cordis. nō solū exterius. i. verbis. De qua dicit. i. Joh̄. iij. Filioli nō diligamus verbo et lingua sed opere z veritate. nō sicut hi de q̄bz scribit ad Tytum i. Confitent se nosse deū verbis. factis autē negant. O quot sunt tales. de quo p̄s. lxxviij. Dilexerūt eū in ore suo. z lingua sua mentiti sunt ei. cor autē ipoz nō erat rectuz cū eo. nec fideles habiti sunt in testamēto ei⁹. vt dicentes se christianos z agētes opera diaboli. Matth̄. vij. A fructibz eoz cognoscetz eos. Origenes. Quid speratis in hoc saluari q̄ christiani appellami. nā nomē christiani nō saluat hominē sz op⁹. iuxta illd Mat. vij. Non omnis q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit regnū celoz. sed q̄ facit voluntatē patrz mei qui est in celis hic est qui intrabit in regnū celoz. Nam dicit apl's. i. ad Thoz. iij. Nō est regnū dei in sermōe Tercia. oleuz nō est sonoratiuū sed leniter cadit cū fundit. sic charitas nō cū indignatōe agit op⁹ sed pie. [illegible] i. Tho. xiij. Charitas nō agit [illegible] lud Greg. Qui vere deū amat [illegible] portat. Tidemus q̄ rota nō vncta [illegible] rat aut sonat. sic homines charitatē nō habētes cum murmuratōe et difficulter operant. Origenes. Plura nō toleramus q̄z charitatē nō habem⁹. Quarta. oleū est lenitiuum.

sic charitas omnia grauia fac[illegible] Greg. Amāti nihil ē difficile. ppter q[illegible] Bern. Ubi est amor ibi nō ē labor sed [illegible] vt impleat in hoīe amāte illō qđ scribit[illegible] Grego. Mens que fortiter dēū diligit, dulce sibi fiat qđ amarū sit. vt btūs Laurēt⁹ q̄ dixit. Carbones tui refrigerū mihi p̄stant Quita. deū est purificatiuū. quia ferrū vel calibē polit⁹ a rubigine conseruat. sic charitas ꝺ fuat hominem a rubigine p̄ccati. i. Pet. iij. Charitas operit multitud⁹ inē pcō. vt p̄z de Maria magdalena. Lu. vij. Dimissa sunt ei peccata multa qm̄ dilexit multū. Jō ꝓuerb. x. dicit. Universa delicta operit charitas. ⁊ Grego. in ome. sup Lu. vij. Quid frēs credimus dilectōem nisi ignē. qđ culpā nisi rubiginē. tanto pl⁹ rubigo pcti consumit quāto plus mens hoīs accēdit charitate. Sexta. oleū ē cōditiuū cibi. sic charitas ḡtificat et ornat cetera bona opa. De q̄ Aug. Charitas est q̄ valet ad oīa sine qua nihil valēt oīa. Nā sicut cib⁹ sine ꝺimento. sic alia bona opa sine charitate. Nā nō ḡtificāt hoīem q̄ ad dēum Jō Hugo in li. de laude charitatis. Oīa sacramēta habere potes ⁊ mal⁹ esse potes. ꝫ cū charitate mal⁹ esse nō potes. Jō sb̄dit ibidē Dilige ⁊ fac q̄cq̄d vis. qz diligentibꝰ dēū oīa cooperāt in bonū. Ro. viij. Septima. oleū est ab arbore p̄cussiuū. sic charitas fluit ⁊ fluxit ab arbore sancte crucis. Un Bern. Nihil te mihi reddit ita amabilē ō bone iesu q̄z calix quē bibisti. s. in arbore scē crucis. Idcirco si es frigid⁹ in dei amore appropinqua ad hāc oliuā. id ē. recordare passiōis dominice. De qua Damas. Quid magis ad charitatē accēdit q̄z q⁹ ꝓprio filio suo nō pepcit de⁹ sed ꝓ nobis omnibꝰ tradidit illū. Hoc oleū charitat⁹ habuit btā Barbara. qz p̄rem reliq̄t. mūdum sprezit. corpus ad pēnā mortis dedit. vt patet in eius legenda.

Sermo vi. Ad idem

Ecce sponsus venit exite obuiam ei. scribitur Matth. xxv. et legit̄ de sctā barbara ꝓ euangelicali officio. ¶ In ꝟbis p̄missis duo innuunt̄. Primo ꝓnūciat christi aduentū amorosum. Secūdo incitat ad occursum eius gloriosum. Primū ibi. ecce spōsus venit. secundū ibi. exite obuiā ei. De primo dicit. ecce sponsus. i. xp̄s venit. ¶ Ꝓ q̄ sciendū. duplex est aduēt⁹ xp̄i q̄z tum ad p̄sens. s. ad hoīem et in hoīe. h̄ ē in carnē et in mētē. Prim⁹ ē aduent⁹ ad hoīes in carnē. ꝺ q̄ Isa. xxxv. De⁹ ipe veniet et saluabit nos. Sz quō. tāq̄z sponsus venit copulādo sibi hūanā naturā. Bern. i. Erunt duo in carne vna. i. due nature i vno supposito. s. diuina ⁊ hūana. De q̄ Athanasi⁹. Perfect⁹ deus ꝑfect⁹ hō ex aīa rōnali et hūana carne sb̄sistēs. igit̄ spōsus est dei fili⁹. spōsa ꝟo natura hūana. Sap. viij. Quesiui te mihi assumere sponsam. Et ꝓpter h̄ nymph⁹ fuit angelus a deo missus. Lu. i. ad ꝟginem mariam. Thalam⁹ ꝟo ē ꝟgis alu⁹. ꝺ q̄ ps. Tāq̄z spōsus ꝓcedens ꝺ thalamo suo. Et nūc hūc ad mētū recolit eccl'ia. ⁊ hortat nos ad occurrendū ei dicēs. Occurram⁹ obuiā saluatori nr̄o [illegible] Sz dicetes. quō dēm⁹ ei occurrere. Respondet [illegible] actōes. De q̄ Ambr. sup Lu. c. Nihil [illegible] p q̄ incarnatōe referr[illegible] possum[illegible] gras agam⁹. dicēdo cū ps. cij. Benedic aīa mea dño ⁊ oīa q̄ itra me sunt noī sancto eius. i. ex oīb⁹ viribꝰ aīe. s. p intellectū cognoscēdo. p memoriā nō obliuiscendo. volūtate diligēdo. De quo Bern. Nō tm̄ ꝟbo sed ope et ꝟitate debemus gras agere. Ad qđ hortamur p ꝓphetā Thobiā. c. xij. dicentē. Benedicite deū eli ⁊ coram omnibus viuētibꝰ ꝓfitemi ei. qz fecit nobiscū misericordiam suā. Revera misericordia maxima. magn̄ fuit misericordia nob⁹ exhibita in creatōe. maiōr in omniū creaturarū subiectōe. Sz maxia i hūanitatis susceptōe. De quo Aug⁹. li. xiij. de trini. ca. penul. In ꝟus p̄r tēpus ortus il la summa est gratia q̄z jō in vnitate persone deo coniūctus est. Jō hortamur Eccl'i. xlij. Benedicentes dñm exaltate illū q̄ntū potest[illegible] qz maior est oīi laude. q. d. Nō sufficimus eum laudare ꝓpter bñficiū incarnatōis. Jō[illegible] etiā in die natiuitatis r̄ri ⁊ [illegible] dam canit eccl'ia. [illegible] mus dño. Et Bern. [illegible] natiuitate dic. Tanta dulcedine [illegible] exhibuit vt diuissimi cordis est q̄ eum toto cordis affectu non diligit et benedicit. Obuiamus igit̄ ei cū turba clamante in euangelio Mat. xxi. Benedictus q̄ venit in noīe dñi. Scōs aduentus xp̄i ē in hoīes. s. in mentē p gr̄az. De quo Zacha. ij. Letare filia syon. ecce venio ⁊ habitabo in medio tui. s. in corde p gr̄am. ꝺ q̄ Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide. in misericordia ⁊ miseratōibꝰ. Ideo ꝺr in themate Ecce sponsus vēit. Un ly ecce significat qđdā mirabile ⁊ magnū. qđ mai⁹ ⁊ mirabili⁹ ⁊

vtili⁹ q̄ ꝙ deus cui⁹ magnitudis nō est finis paupcule anime amore velit coniūgi. vt pos ſet dici illud Exo. xiij. State ⁊ videte ma gnalia q̄ deus factur⁹ est hodie. Quid mai⁹ et digni⁹ q̄ ꝙ deus dicit aīe sponsus. vt in te xtu. Ecce sponsus venit. nō dicit. ecce rex ve nit. iudex venit. dñs venit. qz ſb his noibus ꝺtinet aliq̄d reuerētie ⁊ timoris. Spōſus ve ro nihil q̄ purū amorē exigit. Sed qz oīis act⁹ amādi ꝺsurgit ex aliqua ſilitudie. De q̄ Ecc̄. xiij. Oīe aīal diligit ſibi ſile. ſed ania rōnalis est creata ad imaginē dei ⁊ ſilitudi nem. ergo nō solū ḡtuita ſed naturali qdā modo inclinatōe debz deū diligere. qz nō p⁹ dilexim⁹ eū ſed ipe prior dilexit nos. i. Joh. iiij. Ideo Bern. ſup Cant. Quis digne pē ſare poterit quāto affectu nos diligat [illegible] mā ſponlan[illegible]cet. ¶ Nā ania inferi or est genere et ſpecie. [illegible]eca ſcribi Iſa. liij. Generatōem eius q̄s enarrabit. q̄ dī. nullus. i. oēs aīe nihil ſunt ī reſpectu dei. Scdo inferior ſpecie. Job. xv. Celi nō ſunt mundi in cōſpectu ei⁹. Tercio inferior digni tate. q̄d ei digni⁹ deo. q̄d idigni⁹ aīe peccatri ci. Job. xi. Excelſior est celo q̄d facies ꝑfun dior inferno. ſ. rōe ſtatus peccati. q. d. Attē de tuā dignitatē infirmitatē ac dei tibi exhibitam pietatē atq; grām. De q̄ Ber. Ut o aīa mea tibi hec ſra vt dicaris dei ſponſa.

¶ Dixi ſcdo incitantes ad occurſum ei⁹ gri oſum. cū ſbdit. Exe obuiā ei. ¶ Duo q̄ ſciendū. huic ſpō aīe dēm⁹ obuiare tripli citer. Prio cū ꝑparatōe dēti. Scdo cū deſi derio vehemēti. Tercio cū amore excedenti. Dixi p̄mo cū ꝑpatione dēti ad modū caſte mulieris q̄ audiēs ſponſum venire p̄mo in gredit thalamū. Scdo ſpicit ſpeculū. Ter cio abſtergit macl'as. Quarto ornat ſe veſti bꝰ. Spūal'ꝫ. ſic fidel' ac deuota ania audiens appropinqua[illegible]im aīe p̄mo dz intrare cubiculū ꝺſcīeti[illegible]cta illd Ecc̄. xxiij. Pre curre ꝓz in domū tuā. ſ. ꝺſcientie. Dicit enz Greg. ſup Ezech. In omni tpe hō dz tacite ad mentē recurrere. Qd etiā docet Iſa. xxvi. ca. Intra cubicula tua. Notāter dicit tua. ñ aliena. Bre. Curioſitas est aliorū vitā inue ſtigare ⁊ ſeip̄m ignorare. ¶ Sz dīce res. q̄d faciā ī cubicl'o mētis et ꝺſcie mee. Re ſpondeō q̄ ibi debes videre defect⁹ tuos. ꝑm illud Ezech. viij. Ingredere et vide abomīati ones aīaliū. i. aīales inclinatōes. ⁊ vniuerſa idola depicta. i. vicia. ſubdit. Adhuc ꝺūſus videbis abomīatōes maiores. quia q̄nto pl⁹ ꝺuerſimur ad interiora: tāto limpidi⁹ cogno ſcimus. qz dicit Boeti⁹. Nemo est tā ꝺpoſite felicitatis q̄ nō in aliqua pte cū ſui ſtatus q̄libet rigat. Scdo ſtatuit ſpeculū. vt docet Jerem. xxxi. Statue tibi ſpeculum ⁊ pone animaduersiones. Speculū est ſacra ſcīptura Jacobi. i. Si q̄s est auditor ꝺbi et nō factor h̄ compat viro ꝺſiderāti vultū natiuitatis ſue in ſpeculo. Ubi Greg. dicit. Sacra ſcīptura quaſi ſpeculuz ꝓponit vt interior nr̄a facies videat. ibi ꝺſideram⁹ defect⁹. i. pctā nr̄a ⁊ exceſſus. Et nō ſufficit q̄ q̄s videat ſordes. iō tercio requirit q̄ ſe lauet ⁊ maculas abſtergat. Juxta illd Bre. Tergat ſordes p auī operis q̄ ꝓparat deo domū mētis. Nā nihil ꝓdeſt ho mini videre maculā et nō abſtergere. Sic ñ ꝓdeſt cognoſcere pctā in ſmōe ⁊ ñ ꝺteri nec ꝺfiteri. ⁊ vitā corrigere. Dicit nanq; Aug⁹. Hic est dilect⁹ dei q̄ peccata ſua reſpicit ⁊ re ſpicēdo corrigit Subdit idē. Nā ibi ceſſat vidicta diuia vbi correctio p̄ceſſit humana. Sz heu mlti sunt q̄ in h̄ ſpecl'o reſpiciūt ſcri ptura ſacrā audiūt ⁊ legūt ñ vt ſe emēdēt ſz tm vt ſciāt. Tales nō ſunt iuſti. qz vt ſcribi tur Ro. ij. Nō auditores legis ſz factores ſu ſtificabūt. Non ei ſciētes ſcriptura ſz ſm eā viuentes ſaluant. Jaco. iiij. Scienti bonū et nō facienti peccatū ē illi. Propter qd̄ inquit Iſid. de ſum. bo. li. ij. c. i. Meli⁹ est ſtudiū bñ viuēdi q̄ mlta ſciēdi. Ergo nō ſis ꝓtent⁹ vt pctā ꝺſideres ſz vt p̄ contritōem deleas ⁊ mū des. Hiere. iiij. Laua a malicia cor tuū hie ruſalē vt ſalua fias. Sap. i. Nō habitabit ī corpore ſubdito peccat'. ſz ī aīas ſctās ſe trāſ fert. Sap. viij. Clama igit cū ps. pſal. l. Cor mundū crea in me de⁹. ſ. p̄ penitētiā. Notan ter dicit crea. nam grām ꝺfusionis p nos ha bere nō possumus. teſte Ber. Initiū reūtendi ad deū est penitētia. quā ſine dubio ſpirit⁹ op. in nobis. nō noſter ſz dei. Rō. q̄s ei ad ignem venerit algēs ⁊ calefact⁹ fuerit vtiq; noſcit ab igne ſibi veniſſe calorē quē ſine illo habere nō potuit. Sic g̃ q̄ in q̄tate frigid⁹ ē ſi poſt modū feruore penitētie accēdat ñ du bitet aduenisse ſp̄m ſanctū ꝺſciētia arguētez ⁊ aīam illuſtrātē. ꝑm illud Hiere. xxxi. Poſt q̄z ꝺuerti ſti me egi penitentiā. non dicit. ego ꝺuerti me. Attamē possum⁹ cooperari ad pe nitentiā. vt inq̄t apl'us. i. Chor. iij. Dei eni coadiutores sum⁹. ¶ Nota ꝙ q̄ttu or modis possum⁹ cooperari deo. Prio p pec catorū reluctatōez ſeu ceſſatōz. d̄ q̄ Ecc̄. xxi. Fili ſi peccaſti nō adūcias itez. ſed q̄ſi a facie

colubri fuge peccatū. Seneca. Fuge temp⁹ locū et personā. vt etiā docemur Eccī. vij. Discede ab iniq̄ et deficiēt mala. Metrista. De ꝯsorte malo fit mens tua sepi⁹ egra. ⁊ Eccl'i. ij. Qui amat periculū peribit ī illo. Et sic tales peccatores occasiōem pctōrū nō fugientes neq̄ a pctis cessantes ꝯmittūt blasphemiā in spm̄sanctū. quib⁹ deus nec in h̄ seculo nec in futuro remittit. vt dicit Matth. xij. Propter qd̄ dic̄ Aug. ī li. d̄ pnīa. Qui semp̄ plenus iniq̄tate. semp̄ sine charitate torq̄bit̄ sine fine. Et ꝓpter hoc ꝓ culpa trāsitoria punitur pena eterna. eo q̄ pctōres nolūt cessare. De quo Grego. Voluissent impij si potuissent sine fine viuere vt sine fine potuissent peccare. Ideo ad magnā iusticiā iudicij pertinet. vt nunq̄ careāt supplicio ī futuro q̄ nunq̄ voluerūt sine pctō esse in p̄senti seculo. Scd̄o coopamur per liberi arbitrij ī deum ꝯuersionē. Aug. Qui te creauit sine te nō te saluabit sine te. id ē. sine tuo libero arbitrio. Nā videm⁹ de lumīe solis q̄ est ꝯmūe. si autē fenestra claudat̄ nō intrat. si aūt aperit̄ lumen solis intrat. sic lumē gr̄e est ꝯmūe. Job. xxv. Sup quē nō fulget lumē ei⁹. Si tamē apiat̄ fenestra liberi arbitrij. Scribit̄ enī de pe. dis. ij. §. cui. Cur de⁹ hoīem ꝯdidit liberi arbitrij vt nō trahat̄ ad vicia inuitus. Nam s̄m Rich. Gr̄a habz se ad liberz arbitriū sicut sessor ad equū. licet pūgat cū calcaribꝫ. tn̄ si nō vult ire equ⁹ cadit sb̄ ip̄o. sic hō si nō vult liberz arbitriū ꝯformare deo p̄t manere in peccato. qz scribit̄ Gen̄. iiij. Subter te erit appetit⁹ tuus ⁊ tu dn̄aberis illi. Ber̄. In nob̄ est si ꝯsentire nolum⁹. nā nēo deijcit̄ inuit⁹ Tercio coopamur in bonū cū defectū nostz et pctōz summā hūili recognitōe coḡscimus. dicēdo cū p̄s. l. Qm̄ iniq̄tatē meam ego cognosco et pctm̄ meū ꝯ me est sp̄. s. per displicētiā. Aug. Si hō cognoscit de⁹ i[illegible] cognoscit videlicz dolēdo ⁊ dicēdo [illegible] Bern̄. in meditatōib⁹. Cogitāti mihi q̄ deū ⁊ p̄rem et creatorē meū offēderim quanam fronte oculos meos ad vultū patris mei leuem. pudet me ita vixisse degenerem vt ipleatur ī me illd̄ p̄s. lxviij. Cōfusio operuit faciē meam. Quarto coopamur p̄ affectuosaz oratōem. dicēdo cū filio ꝓdigo Lu. xv. Pater peccaui in celū et corā te. iam nō sum dignus vocari filius tu⁹ sed fac me sicut vnuz ex mercennarijs tuis. quasi diceret s̄m Hiero. super Lucā. Pauor peccati obligat me. pond⁹ ꝯscie dep̄mit me. nō est spes mihi neq̄ fiducia nisi in te. iudiciū et penas timeo. amisi filialē dignitatē. offendi tuā p̄rnalem pietatē. peto misericordiā tuā ꝯcede mihi mercēnarij s̄uitutē. vt impetret̄ veniā p̄ orōez. vt ⁊ iste. Nā h̄r Mat. xviij. Serue neq̄ om̄e debitū tibi dimisi qm̄ rogasti me. Propt̄ qd̄ docet Isido. Quotiēs hō tāgit̄ vicio totiēs dz sb̄sequi orō. Quarto spōsa nō solū maculas abstergit. sed vt sponso placeat vestim̄tis se ornat. sicut legit̄ Ruth. iij. Lauare filia ⁊ iduere cultioribꝫ vestimētis tuis dixit noemi ad ruth. Spūaliter. vestimenta anime sunt virtutes. De q̄ Isido. Sicut corp⁹ ornat̄ vestibꝫ. sic aīa virtutibꝫ. De q̄bꝫ Apocal'. xvi. Btūs qui custodit vestimēta sua ne nud⁹ ambulet. Nā malū dimittere ⁊ bonū non agere est nudū corā deo apparere. Ideo Grego. dicit. Nō satis ē mala nō agere nisi q̄sq̄s studeat bonis opibꝫ īsudare. Qd̄ Isa. i. c. dicit. Quiescite [illegible] se agere ⁊ discite bn̄ facere. Sil'r apl's Col'. iij. Induite vos sicut electi dei. s. vestimēto v̄tutū. nā licet plures sint virtutes quas iduere debem⁹ ad obuiandū spōso aīe. sig̃nter tn̄ sunt due p̄ alijs v̄tutibꝫ q̄bꝫ ꝯformamur spōso aīe nr̄e. videlicet puritas et charitas. Videm⁹ enī q̄ spōsus ⁊ spōsa induūt se vestimētis eiusdē coloris in signū uniōis ⁊ amoris. De spōso v̄o nostro scribit̄ Cāti. v. Dilect⁹ me⁹ cādid⁹ et rubicūdus. [illegible] dēm⁹ gerere vestē puritatis candidā. De q̄ Eccl'es. ix. d̄r. Oī tpe sint vestim[illegible] tua cādida. vt impleat̄ illd̄ Apoca. iij. Ambulabūt mecū ī albis. Itē rubicūd⁹ est spōsus nr̄. ⁊ sic nos gerere debem⁹ vestē rubeam. i. vestē charitatis rubricatā ī sanguīe dn̄ic[illegible] passiōis. i. P[illegible] iiij. Christo ī carne passo [illegible] dem vos [illegible] armamī. Nā et passiōis dn̄ic[illegible] memoria [illegible] vestis [illegible] tis. De qua [illegible] Ampl. [illegible] charitatez nō [illegible] deus [illegible] filio nō pepcit sed ꝓ nobis oībꝫ tradidit illū. Hec est vestis nuptialis in qua debemus occurrere spōso iesu christo q̄ xp̄s indut⁹ ad nos ī hūanitate venit. vt dicit Aug⁹. q̄ sola charitas fecit icarnari xp̄m. Nā charitas ē via dei ad hoīes. et via hoīm ad deū. alias sine veste ista dicit̄ nobis illd̄ Mat. xxij. Amice quō huc itrasti n̄ habēs vestē nuptialē. Jō Ber̄. dic̄. Nisi q̄s habuerit vestē charitatis nūq̄ habebit ī futuro stolā eterne claritatis. Hoc ꝑpēdēs sancta Barbara in puritate virginali ⁊ charitate dominicali occurrit sponso anime. vt patz in eius legenda.

Sermo vij. Ad idem

Simile ē regnū

celoꝝ ꝛcē virginibꝫ. q̄nq̄ aūt ex eis erāt fatue. ⁊ q̄nq̄ prudētes. Mat. xxv. In ꝟbis p̄missis tria innuūt. Primo cōmendat in generali virginitas. cū dicit. Sile est regnū celoꝝ ꝛcē virginibꝫ Secūdo reprobat virginal' fatuitas. ibi. quinq̄ erāt fatue. Tercio laudat sanctaꝫ virginuꝫ sagacitas. ibi. et quinq̄ prudētes. ¶ Dixi p̄mo cōmendat in generali virginitas. cū dr. Simile est regnū celoꝝ ꝛcē virginibꝫ. ¶ Nota virginitas cō parat regno celoꝝ triplici ꝛe causa. Primo ꝓpter dignitatē. secundo ꝓpter amenitatē. tercio ꝓpter vnitatē. Primo ꝓpter dignitatē. Dicit Aug. li. d̄ viduis Bona est castitas cōiugalis. melior vidual'. optima virginalis. Iudeo Eccli. xxvi. Omīs ponderatio nō est digna cōtinentis anime. Nam magna est differētia inter statū matrimonij. vidualē et virginalē quo ad puritatē De quo Iero. Virginitas se habz vt auꝝ. viduitas vt argentū. cōiugalitas vt ferrum Item sb dit. Virginitas vt diuitie. viduitas vt mediocritas. ciugalitas vt paupt'. Item subdit. Virgitas vt pax. viduitas vt redemptio. cōiugalitas vt captiuatio. Itez subdit. Virginitas vt regina. viduitas vt dña. cōiugalitas vt ancilla. Itē virginitas vt patria. viduitas vt portus. ciugalitas vt pelag⁹. Itē virgitas vt caro sana. viduitas vt cicatrix. ciugalitas vt vulnus. Quāobrē Iero. cōmēdat ꝟgitatē dicēs. Virgitas est summa gēma. thesaur⁹ p̄cios⁹. margaritis refertus. i. replet⁹. Idcirco saluator i euāgelio cōpat eā regno celoꝝ ꝓpt eius dignitatē. ¶ Nā dignitas ei⁹ merito attedit. Prece q̄ a solo ꝛco ferē. de q̄ Sap. viij. Non possum esse cōtinēs nisi de⁹ mihi dederit. Iō Aug. dic. Iubes cōtinentiā. da q̄d iubes ⁊ iube q̄cq̄d vis. Secō i ꝟ attendit ei⁹ dignitas q̄a paucis dat. Mat. xix. Nō oēs capiūt ꝟbū ꝟ. q̄ plēs sūt nolle vl etiā corpe. pauci tñ corpe et mente. Tercio in ꝟ q̄ multū appēciatur. eo q̄ dña in euāgelio cēteſimū fructuꝫ eis assignat. Iō sic aq̄la inter volucres. lucifer inter stellas. gēma inter lapides. ita excellit matrimoniū ⁊ viduitatē ꝟgitas. Iō Aug. dicit. O fulgida ꝟgitas. germana angelorum. sāpas ecclieꝫ. luxaīaꝫ. Idco rōe dignitatis cōpat regno celorū. Secō ꝟgitas cōparat regno celorū ꝓpter amenitatē. q̄ est locꝰ amenus ⁊ pulcer. q̄ nihil coinq̄natū intrabit in regnū celorū. Apoca. xxi. ⁊ sic stat⁹ ꝟginalis Sap. iij. O q̄ pulcra est casta generatō. vt Amb. li. d̄ virginitate dicit. Pulcritudinem maiorē q̄s existimet nisi ꝟginitatis decorez. q̄ amat a rege. pbat a iudice. ꝛdicat a domino. acceptat a ꝛco. Sap. vi. Incorruptio facit esse p̄imū ꝛco. Propter qd̄ Johes euangelista virgo electus ꝓmior fuit xp̄o i cena recūbens sup pectus ei⁹. Sup q̄ venerabil' Beda dic. Quē p̄rogatiua castitatis amplioꝝ dilectōe fecerat dignū. Idcirco ē amenus ⁊ pulcer status virginitatis. vt ināt Augus. O q̄ dulces sunt fructus castitatis. nā singulariter reficit in eis dñs maiestatis. Tercio ꝟgitas cōpat regno celorū ꝓpter vnitatē Nā sicut angeli ⁊ scti i celo vniti sunt ꝛco. vt dic Aug. i epl'a ad Cirillū. q̄ nihil volūt nisi qd̄ ꝛe vult. sic ꝟgies vnite et despōsate dō Iuxta illd̄. ij. Cho. xi. Despōdi vos vni viro ꝟginē castā exhibere xp̄o. signāter ꝛcē ꝟgitate p̄r votū q̄ maior est q̄z otiere p̄ simplex ꝓpositū. Et exemplificat Lyp̄anus. Sic dās arborē cū fructu plꝰ ꝛofert q̄z q̄ fructū simplicē tribuit. sic Iuuans virgitatē cū voto. qz tal frāgit ei⁹ libez arbitriū ꝓpter deū q̄ sibi iam nō licet qd̄ p̄us licuisset. vt dicit sctūs Tho. i. ij. ij. Ante votū ē libertas. post votū ꝟo necessitas. qz valde peccat post votū. qz iam est christo desponsata. Ideo Aug. d̄ bono viduitatis dicit. Que nō cepit deliberet. q̄ aggressa est pseueret. Scribit enī Eccles. v. Multo meli⁹ ē nō vouere q̄z post votū ꝓmissa nō reddere. ¶ Dixi scdo reprobat virginal' fatuitas. cū dr. q̄nq̄ erant fatue. quasi diceret. q̄nq̄ sunt vicia q̄ ꝟginalē castitatē ostēdunt fatuā. ¶ Primū viciū est supbia. De q̄ Aug. Quid ꝓdest ocinētia si adest supbia Fre. in mora. dicit. Perit omne qd̄ agit nisi in hūilitate custodiat. Ideo ps. cxviij. dicit. Supbi inique agebant vsq̄quaq̄. Propt qd̄ dicit Aug. li. de virginitate. Nō solū pdicanda est virginitas vt seruet. sed etiā āmonenda ne inflet. Iudith. ix. Supbi nō placuerūt tibi dñe ab initio. Ber. Audeo dicere q̄ nec ꝟgitas marie placuisset dño sine humilitate. Secdm viciū ē supfluitas cibi et potus. qz gula generat luxuriam vt mater filiaz. vt hr̄ Ezech. xvi. Hec fuit iniq̄tas sodome sororꝭ tue. supbia. saturitas panis. ⁊ abūdātia et ociū. Idco Iero. dicit. Nēo onerentur cibis vsq̄ ad inflatōem ventris. Grego.

Dum venter nō restrigitur cuncte virtutes obruuntur. Nō solū est vicioſum virginib⁹ ſupfluitas cibi ſed et potus. Jō ad Eph̄. v. Nolite inebriari vino i quo ē luxuria. Pro/uerb. xx. Luxurioſa res est vinū et tumultu oſa ebrietas. Quicūq; his ꝛelectat nō erit ſa piens. i. de numero ſapientū. Propter qđ di cit i canōe. xxxv. di. Añ oia vitēt ebrietas q̄ oim viciorū fomes ꝛ nutrix est. vt ptz i loth q̄ inebriatus vino duas filias carnales vio lauit. Hinc est q; btūs Aug⁹ ait. Facili⁹ cō ſeruat ignis et aq̄ in vno vaſe q̄z cū ſupflui/tate ꝛtinētia. ¶ Terciū viciū est ociū. De q̄ Ber. Hīm rēptatōnū ꝛ malaꝝ cogitatōnū ꝛ inutiliū initiū est ociū. Jō Hiero. dic̄ Sem p aliq̄d opis facito ne te diabol⁹ inuēiat oci oſum. Eccli. xxxiij. Multā malicīā docuit ociositas. Eccles. ix. Qđcunq; p̄t facere ma nus tua instanter operare. Bern̄. Qui in la/bore hominū nō sunt in labore ꝛemonū erūt ¶ Quartū viciū est viroꝝ freq̄ns ꝛuersatō Uñ Hiero. Uir et virgo. ignis ꝛ palea dia bol⁹ flare nō cessat nisi incēdat. Et nō soluꝝ ꝛe virginib⁹ intelligēdū ē. ſz etiā ꝛe mlieribꝫ Prouer. vi. Nunq̄d p̄t hō ignē in ſinu ſuo abscōdere vt vestimēta ſua ñ ardeāt. aut am bulare ſup pruinas vt nō ꝛburāt plāte eius. sic q̄ ingredit ad mlierē p̄rimi ſui ñ erit mū/dus cū tetigerit eā. Jō cū mliere nō sunt mlt̄a colloq̄a habēda. Nēo in ſe ꝛfidat. ſi ſctūſ est tñ ſecur⁹ nō est. vt dicit Aug. Breuis ſer mo et aſper cū virginib⁹ ē habēdus. Nec mi nus ideo canēde sunt q; bone ꝛ pie ꝛuſatio/nis. q̄nto meliozis fame sunt tāto magis al liciūt. quia ſb affectu pietatis ſe occl̄at fre/q̄nter fax impie libidis. vt patz in Thamar q̄. Reg. xiij. quā Amon frater ei⁹ carnal̄ coꝛ rupерat. quia fuit sola cū ſolo amicabili ꝛuſatōe cōiuncta. Quītū viciū ē ꝛefectus ꝛei charitatis. De q̄ in textu. Fatue v̄gines non ſumpſerūt oleū ſecū. Qđ tractās btūſ Ber. dicit. Caſtitas ſine charitate nō placet ꝛo. Est enī caſtitas ſine charitate ſic̄ lampas ſi/ne oleo. fetet ei lampas et nō lucꝫ ſine oleo. ita caſtitas ſine charitate. vt in fmōe p̄mo hui⁹ feſtiuitatis ptz. ¶ Tercio dicī laudat ſanctaꝝ v̄gnū ſagacitas. cū dicit. q̄nq; p̄u dentes. ac ſi patēter diceret. q̄nq; sunt virtu tes q̄ ſctās faciūt virgines. Q ¶ Pria vir tus est hūilitas. De q̄ Bern̄. ſup missus est. Pulcra est pmixtio virginitas ꝛ humilitas q; humilitas ꝛmendat virginitatē ꝛ ornat Quā obrēbtā virgo maria oblita v̄gitate ꝛ ſola hūilitate gl̄iat̄ dicens Luc̄. i. Reſpexit hūilitatē ancille ſue. Jdeo Ber̄. dic̄. Laudā da est virgitas. laudabilior est hūilitas. vir ginitas ꝛ ſuli. hūilitas p̄cipit. De iſta dicit in euāgelio. Qui p̄t capere capiat. De illa ꝛo ſcribitur. Niſi efficiami sicut puncti. intelligē hūiles. nō intrabitis in regnū ꝛei. Aug. Au deo dicere ſupbis vtile esse cadere vt in eo i q̄ extollunt humilient. quia pl⁹ expedit virgi nem nō esse q̄z ꝛe v̄ginitate inſoleſcere. i. ſup bire. ¶ Scā virtus q̄ ptinet ad p̄udētiā ſeu p̄udentē v̄ginē est ſobrietas. ad Tyt̄ū. ij. Sobrie et iuſte ac pie viuam⁹ in h̄ ſeculo. Au gustinus. Sobrietas est cuſtos diuinoꝝ ſtu diorꝝ diſciplina morū. Licꝫ ptinet ad oēs signāter tñ ad v̄gines q̄ ꝛbent esse ſobrie et moderate i cibo ꝛ potu. qz ſcribit̄ ꝺ cibo Hie/re. v. Saturaui eos et mechati sunt. De po tu vero dicit Hiero. et habet̄. xxxv. di. Uen ter vino estuās cito ſpumat i libidinē. Jtem vinū est v̄ginitatis venenū. Nā ſi Judith vinū bibiſſet cū holoferne ꝺcubuiſſet. Ter cia virt⁹ ē laboriosītas. Uñ Aug. ꝺ ſacr̄ vir ginib⁹ dicit. Dñica v̄go i ꝺmo ꝛei posita la nifico operi inſistere ꝺz. Rō qz ociū ē via ad libidinē Uñ poeta. Ocia dāt vicia. fugiāt v̄ pal illa. Et ītez poeta. Querit̄ egiſc⁹ cur ſit fact⁹ adulter. In ꝓmpto causa qz ꝛſidioſus erat. Jō Ber̄. Ociositas ē mḡra nugaꝝ ꝛ no uerca v̄tutū. ¶ Quarta v̄t⁹ ē pudicicia. Jō Ecc̄. xxvi. Bra sup gram mlier ſctā ꝛ pudi ca. Aug. ꝰ iulianū li. iij. dicit Pudicicia est res aie et corp̄is v̄ginitas. Nam illa in aīa ꝓmanēte p̄t iſta tolli de corpe violēter. ꝛ ta/men manet in aīa. Illa aūt in corpe nō ma/nente laſciua volūtate corrūpit. Jō Ambro si⁹ ſup Lu. dic̄. Diſce v̄go vitare laſciuiam. maria ēnī angeli verebat̄ ſalutatōez q̄ pudi/cicie ingerit timorē. Uñ Ber̄. ſup miſſus ē. Quevere v̄gies sunt ſp pauere debēt. i. time re. nūq̄z ſecure. ſciētes i vaſis fictilib⁹ p̄ciosū theſaurū portare. Jtē pudicicia vitet virorū ꝺuersatōem ꝛ v̄boꝝ mltiplicatōz. De q̄ Am bro. Uirgo q̄ xp̄m q̄rit nō ꝺz esse vulgariſ. i. ꝺmūis. nō in foro. nō i plateis. nō in voce garrula. nō greſſu lubrica. Jō amb. ꝛe vidu itate dic̄. Cuſtodi v̄go vias tuas vt ñ ꝛelin q̄s i lingua tua. qz et bona loq̄ plerūq; crimen est virgini. ſ. ſi pcaciter nō put optet q̄ñ vel vbi Hugo dicit. Si v̄go es cuſtodi diligen ter qđ habes. Dicit nāq; Aug⁹. ꝺ vita xp̄iana. Quo ſublimioꝝ ē gl̄ia eo maioꝝ ad cuſto diendū ꝛbet esse cura. ¶ Quinta virtus est

charitas. de q̃ in euã gelio dicit. prudẽtes v̄ gines acceperũt oleũ i vasis suis cũ lãpadib⁹. i. charitatẽ q̃ oẽs v̄ tutes illumiat. sine qua nullũ op⁹ bonũ deo placere pt. Vñ. i. Thor. xiij. dr. Si linguis hoim loquar t angelor. t si oẽm sb̃stãtiã meã erogauero i vsus pau perũ. t corp⁹ meũ i ignẽ tradidero ita vt arde am. charitatẽ v̄o non habuero nihil mihi pdest. Bern. i epla ad Senonẽ. Tolle charitatẽ castitas nõ placet deo. Nocattẽdens sctã Barbara oleũ charitatis i vase cordis habuit. Dicit enĩ btus Aug⁹. Quantũ q̃s dilexerit et ꝓpter deũ derelinq̃t tantũ diligit. Ipa v̄o reliq̃t prem t pr̃imoniũ totũ q̃ mũ dũ ꝓpter christũ. vt patz in ei⁹ legẽda.

De sancto Nicolao episcopo.
Sermo viij.

Memẽto creatoris tui i diebꝫ iuuẽtutis tue. scribitur Eccles. xij. t ꝓponit ad laudẽ t honorẽ beati Nicolai in festo hodierno In v̄bis p̃missis duo innuunt. Prio hortamur ad dei cõmemoratoez. ibi. memẽto creatoris tui. Scõo subiũgit tpis determiatõz. ibi. in diebꝫ iuuentutis. De ꝓmo dic. Memento creatoris tui. ¶ Pro q̃ sciẽdũ tria habem⁹ a creatore nro. Prio ea q̃ ducũt ad timorẽ. Scõo ea q̃ mouẽt ad amorem. Tercio ea que mouẽt t incitant ad gratiar actõem. ¶ Prio debem⁹ memorari ea q̃ incitãt seu q̃ incutiũt timorẽ. t sunt duo. Primũ est ire dei ꝓuocatio. De quo Deutero. ix. Memẽto t ne obliuiscaris quõ ad iracũdiam ꝓuocaris dñm deũ tuũ. s. ꝓ pctm̃. Nã ira scit pctõ. Eccl. xij. Altissim⁹ odio hz pctõres Et ds est q̃ nõ offendit. Jaco. iij. In multis enĩ offendimus oẽs. Qui sunt q̃ nõ peccauerunt. Ro. iij. Omnes peccauerũt t egẽt gratia dei. Propt̃ q̃d exhibet se reũ btus Aug. i li. d̃ q̃rẽdo deũ dicẽs. Terret me vita mea q̃r nil nisi sterilitas in ea. Si fructꝰ habz aut simulatũ aut imꝑfectũ aut corruptũ. Idcirco timẽdũ ẽt pnia agẽda ẽ. vt docemur Apoc. ij. Memẽto vnde excideris t age pniaz. q̃r h̃ ẽ remediũ ꝺ dei irã. vt scribit Chrys. sup epistolã ad Heb. Nullũ delictor tale remediũ sicut incõtinuata memoria eor. dicẽdo cuz Hieremia Treñ. iij. Mẽoria memor ero et tabescet i me aia mea. Nã ꝓ talẽ mẽoriã eze chias acq̃siuit dei mirificordiã t plõgatõz vite sue. xv. annor dicẽs Isa. xxxviij. Recogitabo tibi oẽs annos meos i amaritudine aie mee. Scõm q̃d mẽorãdũ est q̃d incitat ad dei timorẽ est mortis et iudicij dei meditatõ Vñ Eccles. xi. Si hõ mltis annis vixerit t i his oib⁹ letꝰ fuerit memisse dz tenebrosi tpis. s. mortis. et diei necessitatis. i. iudicij. vbi hõ necessitate angustiat ad reddendũ rõem. De q̃ Ber. in meditatõibꝫ. Stati ꝓsentabor ante districtũ iudicẽ d̃ oib⁹ opibus meis redditur⁹ rõz. Tũc demisso capite male sciẽs i iudicio stabo. t dicet mihi. Ecce hõ t opa eius. Hoc dem⁹ mẽorari. Prouer. xij. Cogitatões iustor iudicia. Hoc fec̃ Hiero. dicẽs. Siue comedo siue bibo siue aliq̃d aliud facio sp sonat vox tube i auribꝫ meis. surgite mortui. Et hec mẽoria inducit timorẽ. ps. cxviij. A iudicijs enĩ tuis timui. Timor ei operat pcti vitatõz. Eccl. i. Timor dñi expellit pctm̃. De q̃ et Fabian⁹ papa. et habet in cano. xi. q. iij. Qui oipotẽtẽ deũ metuit nec ꝺ deũ nec ꝺ eccl'iam nec ꝺ sctor statuta facit

¶ Scõo debem⁹ mẽorari ea q̃ mouẽt nos ad dei amorẽ. Et sunt duo. Primũ ẽ digna creatio. ps. xcix. Ipe fecit nos t nõ ipsi nos. Fecit nos nõ simpliciter vt alias creaturas. sz dignãter ad imaginẽ et sili'tudinẽ suã Ber. i. O q̃ntus honor. q̃r dicit Aug⁹. xi. d̃ ciui. dei. In rebꝫ creatis nihil deo ꝓpinq⁹ sua imagine. ꝓpter q̃d debem⁹ eũ diligere. q̃r scribit Eccl. xiij. Oẽ aial diligit sibi sil'e. sz i omnibꝫ rebꝫ creatis aia rõnal' nihil sibi sil'e pt i uenire misi i creatore. ad cui⁹ imaginẽ t sili'tudinẽ facta ẽ. Digne g̃ totũ suũ amorẽ i deũ debet reflectere. Scõm q̃d incitat ad amorẽ dei est incarnatio. De q̃ Aug de trini. c. penl. li. iij. In rebꝫ ꝑ tpus ortis illa summa ẽ gra q̃ hõ in vnitate ꝑsone deo cõiunct⁹ est. Naz in creatõe facti sum⁹ ad sui imaginẽ. in incarnatõe assumpsit nr̃am naturã factus ad nostrã imaginẽ. ꝓpt̃ q̃d magis debem⁹ eũ diligere. ꝓpẽdẽdo illd Aug. sup ps. lij. Filꝰ dei factus est ꝑticeps nr̃e mortalitatis vt hõ fieret ꝑticeps siue diuitatis. ¶ Tercio debem⁹ mẽorari ea que inducũt ad gr̃az actiones. Et sunt etiã duo. s. redẽptio t glificatõ Primũ ẽ redẽptio. ps. cx. Redẽptiõz misit dñs ppl'o suo. Bre. Quid nasci ꝑfuit nisi redimi ꝑfuisset. Jõ Ber. Si totũ debeo me illi ꝑ me facto q̃d faciã ꝑ me redẽpto. q. d. ampli⁹ me deo gr̃ũ exhibere debeo. dicẽdo illud Apoc. xi. Bras agim⁹ tibi dñe d⁹. q̃r recepisti v̄ tutẽ magnã. s. ad r̃dimẽdũ nos. Scõm ẽ glificatõ. i. glie ꝑpatio. Joh. xv. Vado vob

et vitam nostrā vite eius p̄fo. mādo inquantum possumus. vt impleat in obis illō Ezechielis. i. Similitudo hominis erat in eis. In hoc enī fiunt homines ei⁹ discipuli cum magistri sui discant doctrinā z faciūt ſm eā. iuxta illud Joh. x. Oues mee vocē meā audiunt et sequunt me. Proponit enī nob̄ christus magister noster tres lectōes. quas si discerem⁹ veri eius discipuli essem⁹. Pria lectio est mandatorū obseruatio. De q̄ Joh̄. viij. Si vos manseritis in sermōe meo veri discipuli mei eritis. Secūda lectio est tēporaliū rerū abdicatio. Luce. xiiij. Nisi quis renūciauerit omnib⁹ que possidet non potest meus esse discipul⁹. Notanter dicit renūciauerit. nō reliquerit. quia ſm Bedā in glo. super eodem verbo. Relinquere est p̄fectorē q̄ omnia postpōnūt. sed renūciare cōuenit omnibus qui ita tēporalia possidēt vt mēte ad eterna tendant. iuxta illud Augus. Omnia vilescūt cui solus dē⁹ dulcescit. tales oīa tēporalia ordinant ad eterna. Tercia lectio est p̄ximorū dilectio. Unde Joh. xiij. In hoc cognoscent omnes q̄ mei estis discipuli si dilectionē habueritis adinuicē. scz ordiatā z dē/ficam. que talis est vt Bern̄. dicit. Sic diligantur homines ne amenī eorū errores.

Tercio vocat nos ad sui familiarē amicicia. Hec amicicia cōsistit p̄imo in frequenti visitatōe. s. dei ad hominem. z hois ad dēū vt interpolatis tēporib⁹ deus hominē z hō dēū sepe visitet. De dei visitatōe habet Job. x. Uisitas eum diluculo. Super quo Greg. i p̄sona dei. Cū homies visito dura cordia emollio. rigida flecto. aspera mitigo. frigida accendo. debilia roboro. vaga stabilio. nutātia cōfirmo. z dū venio tenebrositatē illustro. Similiter homo debz dēū visitare. s. a strepitu secularīū tumultuū cessare z elōgare. meditādo eius magnalia et cōtemplādo mirabilia z alia quecunq̄ eius opa. dicendo illud p̄s. cxviij. Meditatio cordis mei i ꝓspectu tuo semp. Nam per hec exercitia visitam⁹ deum. vt inquit Aug⁹. Cum eterna cogitamus iam nō in hoc mūdo sumus. quia eum trāscēdimus et deo appropinquam⁹. Et ſm Hugonē. Quanto magis accrescit mentis ascensus. tanto familiarior erit dei cognitio. Secūdo familiaris amicicia cōsistit in secretorū reuelatōe. Nam crebrō se visitātes semper aliq̄d de secretis suis mutuo reuelāt. Nō ex parte sua p̄misit deus Isa. xlv. Dabo tibi thesauros absconditos z archana secretorū. vt scias q̄z ego dñs. Et illa reuelatio fit ſm magnitudinē dilectōis. Ideo Richar. li. iiij de contēplatione. Ex magnitudine diuīe dilectōis dependet modus diuine manifestationis. Aliquādo est reuelatō sensualis. vt cū res corporalis videt̄ per quā interi⁹ mystica res intelligit. vt moyses vidit rubū ardentē z non cōburentē. vbi ostēdit ei ignē diuitatis videndo rubū hūanitatis. Aliqñ intellectualis. scz imagines mentales intellectu aliter videndo z intelligendo. vt iohannes. Aliquādo sine omni imaginatōne diuīssantie tangit mentē. Aliquādo est supintellectualis. z hoc plus fit per dilectōnem q̄z per intellectū. quia deus ꝓp⁹ diligit q̄z intelligit. ideo dilectio intrat vbi intellectus foris stat. Et talis reuelatio fit per inspiratōnem diuinā. vt habet Job. iiij. Dictū est mihi verbū absconditū. Bre. in moral. Absconditū verbū audire est locutōem spūssancti corde p̄cipere. Et subdit Job. iiij. Quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij ei⁹. Ubi Bre. Susurriū p̄cipe est subtilitates intime allocutōis occulte cognoscere. Nā ſm Bre. Uox dñi auditur cū inspiratio mente ꝓcipit. Similiter homo [illegible] causa dz secreta sua deo reuelare. z intima cordis sui affectōes cuapo[illegible]do exalare. vt sic cōtingat voces emittere magis ex officio affect⁹ q̄z intellectus. iuxta illud Lañ. ij. Dilectus me⁹ mihi et ego illi. [illegible] reuelādo secreta p affectiones et desideria. Unia dicit Bre. in moza. Alie ꝓba sunt desideria. Nam si desiderū sermo nō esset ꝓpheta nō diceret. Desiderū cordis eorū audiuit auris tua. [illegible] Sz di. q̄ tūc ē dei locutio. [illegible] cāti. Locutio dei ē infusio dom[illegible] [illegible]nīe est ammiratio cum gr̄az actō[illegible] diceres. q̄d tunc ſ susurriū. Respo[illegible] est inti[illegible]ma inspiratio vt dicit Bre. m[illegible] que p̄ os carnis exp̄mi nō potest. Et [illegible] est familiaris amicicia quore ad eū deo. Tercio ista familiaris amicicia ꝓsistit i fidelitate. z illā hz dē⁹ ad nos. vt habet Deute. xxxij. Fidel⁹ deus z absq̄ vlla iniquitate. z sic nos fidelē affectōez dēm⁹ habere ad eū. vt in omnib⁹ dei gl̄iam z non nostrā q̄am⁹. vt docet ap̄l's. i. Cho. x. Sive manducatis sive bibitis vl aliquid aliud facitis omnia ad dei gl̄iaz facite. Sz heu ꝓq̄ritur salomō puer. xx. Multi hoies misericordes vocant. virū autē fidelē quis inueniet. q̄si di. ē rarus. Et ap̄l's Ph̄l. ij. Oēs q̄ sua sunt querūt et nō que iesu christi Quarto

vocauit eos ad apostolatus excellentiã. et sic nos. Et hoc fit cũ deus inspirat nobis deside riũ aias querẽdi vt nõ solũ hõ sit sollicit⁹ de salute aie sue sed etiã aliorũ. Nam ℔ est valde acceptũ deo. vt inquit Greg. sup Ezech. Nullum deo tale sacrificiũ sicut zel⁹ aniarũ. Et hoc cõsiderans apl's inquit. ij. Cho. xij. Ego autẽ libẽtissime impendã et supimpẽdar ego ipe p aiabꝰ vris. Et sic christ⁹ vocauit petrũ Joh. vlti. Petre amas me. interrogãdo trina vice. Et subiũxit. Pasce oues meas. s. exemplo. ꝓdicatõe. ꝛ oõne Nam dicit Bern. Oportet apostolicũ virũ vbiq; denunciare deũ. s. voce et opere. vt etiaz fecit sanct⁹ andreas Quito vocauit discipulos ad cõcomitantiã passiõis. Et de hac vocatõe scribit in multis locis. Prio Joh. xv. Non est discipul⁹ sup magistrũ nec seru⁹ maior dño suo. si me psecuti sunt ꝛ vos persequent. Secũdo de eadem vocatõe habet Johãnis. xx. Sic me misit pater sic mitto vos in mundũ. s. ad passionẽ. Tercio de eadẽ vocatõe habet Mat. x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupoꝝ. Sic hodie de⁹ vocat electos suos ad cõcertantiã passionis ij. Thim. iij. Omnes q̃ pie volũt viuere in christo iesu psecutionẽ patient. Nam p multas tribulatões oportet nos intrare i regnũ dei. Actuũ. xiiij. Et sic btus andreas secutus est christũ. Joh. xxiij. Vestigia ei⁹ secut⁹ est pes me⁹. vt ipleret i eo illud Sap. xviij. Simili pena seruus cũ domino affligit. ẽ. Vide de similitudine passiõis in pcedenti ꝑmone qui incipit. Relictis retib⁹ secuti sunt eũ scz per ignominiã passiõis ducis. put dixit Matth. xvi. Qui vult post me abneget semetipm et tollat crucem. et sequatur me ꝛc.

De sancta Barbara
Sermo v.

Virgz fatue accepta lampadib⁹ nõ sumpserũt oleum secũ. prudentes ꝓo acceperunt oleũ in vasis suis cũ lampadib⁹. Mat. xxv.

In verbis ꝑmissis duo innuũt. Prio ꝓgnum insipientiũ negligẽtia dãnosa. ibi. q̃nq; fatue nõ sumpserũt. Secũdo subiungit virginũ prudentũ diligentia. ibi. prudentes ꝓo. De primo dicit. In illo tpe. s. feria tercia post palmarũ volẽs christ⁹ ostẽdere q̃ iudei nõ essent intraturi ad nuptias celestes. dixit parabolã istam. Simile est regnũ. id ẽ. ꝑsens eccl'ia militans decem virginib⁹. Greg. Per illas nõ tantũ qui seruabãt castitatem virginalem intelligunt. sed omnes fideles i eccl'esia sancta dicunt virgines propter integritatem fidei. De qua Athanasi⁹. Quã nisi quisq; integrã inuiolatãq; seruauerit absq; dubio in eternũ peribit. Et sic mulieres dicũtur hic virgines. De quib⁹ apl's. ij. Cho. xi. Despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. id ẽ. integritatẽ fidei. Et figurãtur per numerũ denarii ꝓpter decem ꝑcepta ad que obligamur. Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Et dicũtur virgines ꝓpter continentiã ab illicitis actib⁹. Et ponit hic duplex quinari⁹ ꝓpt duplicem sexum. scz ꝓpter viros et mulieres. que accipientes lãpades suas. Christ⁹ super Mat. id ẽ. fidem. que illumiat animã sicut lampas domũ. Jdeo christus vocauit fidez lumen. Johan. xij. Adhuc modicũ lumẽ in vobis est. Glo. lyre. id ẽ. parua et modica fides. Exierunt obuiam sponso ꝛ spõse. Chrisostom⁹. id ẽ. ꝑparauerũt se ad obediendum christo et eccl'ie. quia ex quo accepim⁹ fidem concorditer debemus cõcordare cũ volũtate christi et eccl'ie. Subdit. quinq; autẽ erãt sapientes et quinq; prudentes. Origenes. Qui recte credũt et iuste viuũt dicunt prudentes. qui autẽ ꝓfitent fidem et nõ agunt opa ad salutem dicunt fatue. Gregoꝝ⁹. Quid prodest q̃ fide deo iungimur et moribꝰ disiungimur. quasi di. nihil. Jacobi. ij. Fides sine operibus mortua est. quasi di. fatuitas

¶ Nota multiplices sunt fatui christiani q̃ cõprehendunt et intelligunt ꝑ q̃nq; virgines fatuas vt dicit Orige. quia sensuũ delicijs et vicijs se dederũt. Primi fatui sunt qui fidẽ habẽt et male agũt. Vñ puer. xiij. Qui cogitat mala facere stult⁹ vocabit. Et si ille q̃ cogitat ml'to magis ille q̃ opat. Tales sunt ꝑm August. q̃ lãpades habẽt et nõ oleum. i. fidem et nõ opa. Bre. Sicut lãpas sine oleo fetet ꝛ nõ lucet. sic fides sine opibus bonis. Propter qd̃ dicit saluator Mat. v. Sic luceat lux vra coram hominib⁹ vt videant opa vra bona et glorificent patrẽ vestrũ qui in celis est. Nam fides sine op'ib⁹ est fides demonũ. De quo Jaco. ij. Demões credunt et cõtremiscunt. Et subdit ibidẽ. Sicut corpus sine spiritu mortuũ est. sic fides sine operib⁹. Jdeo collaudat Jsido. fidẽ formatã dicẽs. Btus ẽ q̃ recte credit. ꝛ credẽdo bene

parare locum. s. in regno meo. Lu. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pr̃ meus regnū vt edatis et bibatis sup mēsam meā in regno meo. Ecce q̄ntā gl'iaz exhibuit nobis etiā sine meritis nr̃is. vt dicit Ber̃. Nō sunt talia merita ppter que datur vita eterna nisi ex dei gratia. Jō merito debem⁹ ei gr̃ias agere. dicēdo cū ap'lo. i. Ihor. i. Gratias ago deo meo semp. Et cū ps. ciij. Bñdic aīa mea dño. z noli obliuisci oēs retributōnes ei⁹. Ber̃. Sicut nullū est momētū in q̄ non vtamur dei bonitate z miſicordia. ita nullū dz esse momētū in quo nō debem⁹ habere ei⁹ memoriā. Et hoc q̄ntū ad p̄mū. ¶ Dixi secūdo subiūgit tpis determinatōez. cū dicit. in diebz iuuentutis. qz scribit Treñ. iij. Bonum est viro cū portauerit iugū ab adolescētia. Reuera bonū est vt in puericia incipiamus fruire dño do ppter sex vtilitates ideo p̄ueniētes. Ut ¶ Prio ppter bonitatis impſſiōez. Scdo ppter iocūde vite possessiōz. Tercio ppt fruitū acceptatōez. Quarto ppter spei certificatōem. Quito ppt̃ pene purgatorij minutōem. Sexto ppter p̄mū futuri augmentatōez. ¶ Dixi p̄mo bonū est frui deo a iuuētute ppt̃ bonitatis impſſionē. qz pfundi⁹ bonitas impmit iuuenibus Arist. iij. d aīa. Aīa pueri est tanq̄ tabula rasa in qua nihil est depictū sed apta depīgi. Et q̄cq̄d p̄mo depingitur in ea difficulter delet. Uel habz se sicut pergamenū bñ p̄paratz in quo nihil est scp̄tū. z q̄cq̄d p̄mo scribit in eo vix deletur. z si delet manēt q̄dā vestigia. Et sic est de iuuenibz q̄cq̄d eis ordinit⁹ imprimitur siue bonū siue malū ad h̄ inclinantur qz ducunt in cōsuetudinē. Dicit enī phūs. i. rethorice. Cōsuetū quasi inatū est. Nā puer habz se sicut virgula que facilit̃ p̄t flecti ad dexterā vel sinistrā. z q̄ flectit̃ illuc crescit. sz si fuerit magna arbor si curuat facili⁹ frangit̃ q̄z q̄ ad rectitudinē ducat. Jō Holgot sup li. Sap. Oē pctm̄ incurabili⁹ ē in sene q̄z in iuuene. z h̄ ppter cōsuetudinē antiquā. scribit enī Arist. vij. ethico. Facili⁹ ē trāsmutare naturā q̄z cōsuetudinē. Et h̄ ē q̄d dic̄ Salomon puer. xxij. Adolescēs iuxta viā suā gdi tur cū senuerit nō recedet ab ea. Qui cōsonat Seneca. Pctā senū p̄dicāt in q̄d. pctā ꝺo iuuenū in ōle. Jdeo Eccli. vij. dz. Filij tibi sunt erudi illos a puericia. nō expecta seniuz postq̄z in cōsuetudinē durerint malā. qz scribitur Hiere. xiij. Sic̄ ethiops ñ p̄t mutare pellē suā et pard⁹ varietates suas. sic z vos ñ potestis bñfacere cū didicerit⁊ malū Jdcirco bonū ē viro cū portauerit iugū dñi ab adolescentia sua. Scdo ppter iocūde vite possessionē. Nam dicit Sene. Tā iocūda forma viuendi ē eligenda q̄z ꝺ tutus cōsuetudo. Nam nihil meli⁹ z iocundi⁹ in hac vita q̄z ꝺ tuose viuere. nā tal' secure viuit. secure morit̃ q̄ se in iuuētute ꝺ tutib⁹ exercitauit. puer. xv. Secura mens q̄si iuge cōuiuiū. Hoc pz qz si oculi mentis videt sursum videt quē gulter nō offendit. z si offendit tñ pēnituit z hz spem ꝺ remissiōe. iuxta illd. i. Joh. i. Si cōfiteamur pctā nr̃a fidel' et iust⁹ est dñs vt remittat. Si videt deorsum videt infernum ad quē null⁹ ꝺ tuosus descēdit siue pēnitens. Si retro videt tpus p̄teritū qd̄ in seruitute dei expendit. Si videt ante tūc cognoscit tē pus futuz et videt bonā intentōem qd̄ expēdere honorē dei intēdit q̄diu viuit. Si ad sinistrā cognoscit demōes q̄bz resistit pugnādo qui nunq̄z potestatē sup eū habebūt. Si ad dexterā cognoscit angelos q̄bz seruit. z inspiratiōibz cōsentit. Illa oīa cōferūt gaudiū. Jdeo Isido. inq̄t de sum. bo. Si vis nunq̄z esse tristis bene viue. virtuose. Ecōtra qui malicioſe et iniq̄ viuūt nunq̄z ꝺe delectant̃ z lemnt̃. De quo Aug⁹. Jussisti dñe z ita ē q̄ oīs inordinatus anim⁹ est sibiipi pena. s. in remorsum cōsciētie. Un̄ Eccl. xij. Non ē bonum ei q̄ assidue est in malis. etiaz sine velit siue nolit eū cōsciētia redarguit. quia timida nequicia dat testimoniū cōdemnatōi. Sap. xvij. Semp enī occupat pessima redarguēte cōscia. Un̄ Boet⁹ de cōsol. phie. Sic̄ pbitas pijs ē solaciū. ita improbis nequicia ipa ē supplicū. z sic nequicioſi nūq̄z possunt ꝺe gaudere. quia dicit Seneca. Nunq̄z nascit vera letitia nisi ex pura cōsciētia. quā habēt ꝺ tuosi portātes iugū dñi a iuuētute. ¶ Tercō ppter seruitū acceptatōz. quia grati⁹ ē deo fruitium iuuenū q̄z senum. quia optimū deo offerunt. videlicz florē iuuentutis. senes autē feces senectut⁊. Jdeo scribit Malach. i. Maledictus hō q̄ habz in grege suo masculū. id ē forte. et offert debile dño. Nam optia sunt deo offerēda. Nūeri. xviij. Oja q̄ offeret⁊ optima z electa erunt cūcta. Sed illi qui expectant seniū tales cōsumpserūt eoz fortitudinem z iuuētutē in seruitio diaboli et mundi. z cū cessabūt in senectute ab aliq̄bz peccatis q̄ ppetrare nō possunt volūt ꝺo seruire. De q̄bus Aug⁹ in li. de pnīa. Si vis agere pēnitētiā quādo peccare iā nō potes tūc peccata te

dimiserūt ꝛ nō tu illa. q̄d tūc habebis p̄mij. q. d. nihil. qz nō necessitatē sz arbitrij libtatē respicit dr̄. Sic cū hō aptꝰ essz ad peccandū ꝛ possz ꝛ hꝫ et occasionē. s. diuitias pulcritudinē iuuētutē. et dimittit ea ppt̄ dr̄ū. hꝫ ē valde dr̄o acceptū Nā sibi sbtrahere dr̄lecta bilia carnis cū opportunitatē hz pficiēdi hꝫ ē q̄si spūale martyriū coꝝā dr̄o. Un Eccl. xxxi Btūs vir q̄ potuit trāsgredi ꝛñ ē trāsgressus facere mala ꝛñ fecit. q̄s est hic ꝛ laudabimꝰ eū. Talis eni fuit btūs Nicolaꝰ q̄ in iuuētute cepit dr̄o fuire. qđ bñ placituz est ei. Hoc dñs dr̄eus insinuat Mat. xix. Sinite puulos venire ad me. ꝛ nolite phibere ipos. talium ei ē regnū celoꝝ. Nā eoꝝ oꝛō et laus est dr̄o valde accepta. Luc. xix. cū pueri clamabant in tēplo ꝛ pharisei indignabāt rñdit ihesus. Si hi tacebunt lapides clamabunt. ꝛ Mat. xxi. dixit. Nunq̄d legistis. ex oze infātium ꝛ lactētiū pfecisti laudē. ℣ Sz q̄ oꝛō pueroꝝ ꝛ iuuenū ē dr̄o accepta siue p̄ viuis siue p̄ mortuis patet in tali exēplo. Quidā eps dr̄uotus habēs domicilīū ppe cimiteriū vidit in somnis iuuenē piscātē hamo aureo ꝛ linea argētea. ꝛ exinde trahebat vnam mlierē. Et eps euigilās cogitabat q̄d hꝫ dr̄signaret. ꝛ trāsiuit ad fenestrā ꝗ sus cimiteriū. ꝛ vidit iuuenē euntē i cimiterio sup q̄dā sepulcro oꝛantē. ꝛ q̄siuit ab eo eps q̄d faceret. Respondit iuuenis. p anima mris mee oꝛo pater noster et miserere. Intellexit vir sctūs q̄ anima matris essz liberata a purgatorio p̄ cibꝫ illius iuuenis. ꝛ dixit. pater noster ē hamus aureus. et miserere est linea argentea.

¶ Quarto ppter spei certificatōem. qz certioꝛ est dr̄ salute q̄ q̄ ad senectutē expectaret. qz dicit Aug. de doctrina xp̄iana. Nō p̄t male mori q̄ bñ vixerit. ecōtra ꝗo dicē. Uix bene moꝛit q̄ male vixerit. Nam inq̄t Aristo. iij. ethicē. Qualis ē vnusq̄sq talis videt ei⁹ eē finis. Nam sicut frondes arboris q̄ p maxima parte dr̄clinant illic arboꝛ dr̄cisus coꝛruit siue ad dr̄tr̄ā siue ad sinistrā. sic etiā ēd̄ homine quō fuerūt eius cogitatōes: locutōnes ꝛ operatōes cōmuniter talis erit eius finis. Ideo Sene. dixit. Cogitaui ante senectutē vt bene viuerē vt i senectute bñ morerer. Jō Eccl. v. dr. Ne tardes conuerti ad dñm dr̄uz tuum. ne differas de die in diē. qz valde incautū est vt dicit Aug⁹ in li. de pnīa. Si q̄s in vltima necessitate positus petit penitētiā. nō negamus qđ petit. sed securitatē dare nō possumus. nō dico damnabit. nec dico salvabit. tene certū ꝛ dimitte incertū. Age igit penitentiā dū sanus es. qz securus es q̄d egisti. incertū aūt est q̄d agas in futuro tpe. s. in senio. neqz scis an senueris. Bre. Qui veniā spopondit diē crastinū nō p̄misit. Jō apl⁹ Bal. vi. dicit. Dū tpus habem⁹ operemur bonum.

¶ Quinto ppter pene purgatorij minutōez. Nā si ꝺtingat eos intrare purgatoriū tūc breuioꝛi tpe ibi manebūt respectu eoꝝ qui hic multa pcta cōmiserūt. ꝛ tarde penituerūt. nec ꝺ dignā egerūt pniam. qz scribit Deut. xxv. Scōm mēsurā dr̄licti erit plagaꝝ mod⁹. Greg. Crescēte ꝺ tū actu merito crescere ꝺz ꝛ pena. Nā si diu fuisti i dr̄lectatōne culpaz. diu etiā eris i cruciatōe penaz. Apoc. xviij. Quātū glificauit se ꝛ i dr̄licijs fuit tātū date illi tormētū ꝛ luctū. Jō apl⁹. i. ad Cho. xij. Unusq̄sq videat quō et q̄d sup fūdamento edificet. s. fundamēto fidei superficet auz ꝛ argētū aut lapides p̄ciosos. lignū fenū aut stipulā. vniuscuiusq̄z op⁹ manifestū erit. et q̄le op⁹ sit ignis pbabit. qz dicē Dñus. Facies dei nō videbit donec p penā etiam mūm⁹ q̄drans psoluat venialiū pctoꝝū.

eum Matth. viij. Multi tamē cōtra naturam omniū animaliū ꝓpositū boni operis portant in vtero mentis duobꝫ vel tribꝫ annis. cōtra quos dñs ait Lu. xxi. Ue prægnātibus et nutrientibꝫ in illis diebꝫ. Tales ꝓponunt bonū sed nunqꝫ vel raro in effectū ꝓducūt. Isa. xxxvij. Uenerūt filij vsqꝫ ad partum ⁊ non ē virtus pariēdi. Nec est voluntas ociosa nō remuneratōe digna. lxxxvi. di. nō satis. Nō satis est bñ velle nisi assit bñ facere. Ideo Eccles. ix. Quodcūqꝫ ꝑt manus tua operari instanter fac. Idcirco festina. non tarda ad querendū ihm. Isa. lv. Querite dominū dū inueniri potest. inuocate eū dū ꝓpe est. Joh. xij. Ambulate i luce dū lucē habetis. ¶ Pro q̄ sciēdū q̄ q̄nqꝫ sunt stelle seu lumiaria q̄ ducunt pctōres ad ihm. Prima stella ē xps. Apoc. vl. Ego sum stella splēdida ⁊ matutina. Cui⁹ lumiositas ducit ad diuinitatē. Unde ait Joh. xiij. Ego sum via ⁊ vita. Est enī via inequabil'. vita interminabilis. veritas infallibilis. Ideo Johan. viij. Ego sum lux mūdi. q̄ sequit̄ me nō ambulat i tenebris sed habebit lumen vite Secūda stella est beata virgo maria. Nūeri xxiij. Orietꝫ stella ex iacob. Uñ et maria stella maris dicit̄. quia sicut stella mar' ducit nauigantes ad portū. sic ipa se deuote inuocantes ad christū. Unde Bern̄. Si es in pricul'. si in rem dubijs. mariā cogita. mariam inuoca. ipam sequēs nō errabis sed secure pueni es. Tercia stella ē exemplū sanctoꝝ. vt Eccī. xliij. Species celi gloria stellarū. i. sanctorū. Nā ideo ꝓponit nobis vita sanctorū vt imitemur vestigia eorū. Chrisō. sup Mat. xxiij Que iusticia est sanctos colere et sanctitatem spernere. sine causa iustos honorat q̄ iusticiam spernit. Quarta stella ē sacra scriptura. ꝓuer. vi. Mādatū lucerna est ⁊ lex lux. et via vite increpatio disciplīe. Ideo p̄dicatores verbū dei ꝓponentes ⁊ doctores sacrā scīpturam docētes dicunt lucere vt stelle. Dañ. xij. Qui ad iusticiā erudiūt multos fulgebūt q̄ si stelle in ꝑpetuas eternitates. Quita stella est diuina gratia. que interi⁹ illuminat. ⁊ ꝓprie designatur p stellam que magos vocauit p̄cessit et duxit ad christū. Et sic grā dei est adductrix ad eū. Joh. vi. Nemo pōt venire ad me nisi pater meus traxerit eū. s. per gratiā. Richar. in lib. de contēplatōe. pte. v. Gratia est diuinus nunci⁹ p quē voluntatem diuinā cognoscim⁹. Et ꝑm Aug. Gratia est lumē aie faciens hominē peccatū suum cognoscere. et deū super omnia diligere. ⁊ illi firmiter adherere. Ideo merito significat ꝑ stellam. Nam sicut magi si per stellā nō fuissent admoniti: moti et ducti ad christū nō ꝓuenissent. Et sic ꝑm Greg. xvij. moral'. Si lumen p̄uenientis gre nos nō irradiaret profecto mens nostra in peccatorū tenebris obscura remaneret. ¶ Et sicut stella ista occultauit se triplici de causa. sic et dei gratia Primo ꝓpter herodis et iudeorū malicias. sic sepe deus subtrahit viris sanctis grām et spūalem consolatōez ꝓpter maliciā eoz cuz q̄bus habitāt. In figura filij israel nō poterunt hre manna q̄diu fuerūt in egipto cuz malis. Ideo salomō Prouerb. i. Fili si te lactauerint peccatores ne acq̄escas eis. ⁊ ne ambules cū eis. ꝓhibe pedē tuū a semitis eoruz. Bern̄. Bon⁹ in cōsilio. bon⁹ i cōtubernio. bonus in obsequio. Sepe enī euenit q̄ de⁹ aliq̄n bonos punit ꝓpter malos cū q̄bus habitant. vt Ezechielē ꝓpham Ezech. iij. Fili hoīs ⁊ tu dormies sup latus tuū sinistr̄. ⁊ pones in iq̄tates dom⁹ israel sup eo. Secdo occultata est stella vt maiorē adhiberēt querēdi diligētiam. s. ex interrogatōe ⁊ auctoritate scripture. Et sic de⁹ aliq̄n subtrahit lumen gre ꝓpter tepiditatem vt fortius operet̄ p eam. s. quādo sibi restituet̄. ij. Cho. vi. Hortamur vos ne in vanū gratiā dei recipiatis. Nam talis est inutilis seruus Luc̄. xix. qui talentū dñi absc̄ōdit ⁊ nō negociabat̄. ꝓpter qd̄ fuit sibi ablatū et alteri datū. Ideo Apoca. iij. Tene quod habes ne alter accipiet coronā. Et apl's. i. ad Thimoth. iij. Noli negligere gratiam q̄ me in te est que data est tibi. quia scribitur Iere. xlviij. Maledictus q̄ facit opus domini negligēter. Richard⁹. Quantū negligis tātū decrescis et retrorsuz vadis. Tercio occultauit se vt de nouo letificarent. q̄res chara perdita et viceuersa inuenta generat nouā ⁊ maiorē leticiā. Sic magi videntes stellā gauisi sūt gaudio magno et sequebantur eā. Et sic deus aliquādo subtrahit gratiam vt cū gaudio eā viceuersa recipiamus. ⁊ circūspectōnem maiorē habeam⁹ ne ꝑdamus eam. quia sine ea nihil boni opari valemus. Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Richar. li. iij. de cōtemplatōe. c. vl. Sine gratia nō sufficimus ad cognitionē veritatis. nec ad operationē virtutis. Augustinus de correctōe et gratia. Gratie dei est q̄quid boni agimus. ¶ Chrisost. dicit. Dec stella a magis visa i se signū pueri gerēt

in dextero humero crucē habuit. p qđ dēsignat spūaliter q volens in se ꝺseruare stellā seu lumen grē debet fieri p meditatōem passiōis xpi recordare. passio enī christi oīm ꝟtutū cōseruatio est. Tercio cōmendāt a prudenti interrogatōe qua regē et totā hierl'imā ꝺturbauerunt dicetes. Ubi ē q natus ē rex iudeoꝝ. qsi dicerēt. Querimus regē recenter natū. ñ herodem iā diu in solio collocatū. Sic spūaliter nos ḡtidie debem⁹ interrogare et discutere cōscientiā nr̄am querētes vbi sit q nat⁹ est rex iudeorū. ij. Chor. vlti. Uos met ipsos tēptate si estis in fide christi. vosipos ꝓbate an nō cognoscitis vosipos. qz ihesus christ⁹ i vobis ē. R. Nota quattuor sunt signa p que scire possumus vtr̄ i nobis sit christ⁹. Primū ē si amaritudinē de peccatis habem⁹, quia puer inuenit cum maria mre sua. Maria nāq; mare amaꝝ interp̄tatur. t significat amarā ꝺtritōez de peccatis. Tren. ij. Uelut mare ꝺtritio tua. Prouer. xiij. Cor qđ nouit cōtritōem anime sue in gaudio ei⁹ nō miscebit extraneus .i. a penitentia alien⁹. Nā ꝺtritio vera ē signū p̄sciētie eius. Hiero. Tūc salus peccatis incipit cū de peccatis veraciter ingemiscit. Secūm est si paupertatē diligim⁹. qz xp̄s inuolutus ē pānis. Unde Bern. Pauper natus ē. paup uixit. et paup obiit. Idcirco dilige pauptatem nō solū in tepo sz etiā in alijs. Eccli. iiij. Congregatōi pauperū affabilē te facito. t declina paupi sine tristiciā aurem tuā. Thob. iiij. Nō auertas faciē tuam ab vllo paupe. t sic fiet q nō auertat a te faciem dñi. Terciū ē si delicata ꝓpter deū ꝺtemnimus. qz xp̄s in p̄sepe reclinat vt ciby iumē torū. Job. xxviij. Nō inuēit in terra suauit viuentiū. Dic igit cū Daniele. ix. ca. Panem desiderabilē nō māducaui. Quartū ē ociosa ꝟba vitamus. qz inuenerūt infantē. Ambro. Uagit infans inter arta positus p̄sepia Infans nobis i exēplū custodiōis ꝟmonū. Prouerb. xiij. Qui custodit os suū custodit aiaz suā. i. xp̄m q ē vita aie. Bern. Facile ē ꝟbum sed ḡuiter vulnerat. volat ꝟbū irremeabile. nec adūtit insipiēs q̄d emittat. Sed audiēs herodes. i. diabol⁹ ꝺturbat⁹ ē. Bern. Omne qđ diligit a deo impugnat a diabolo Et sic cū gra in nobis nascit diabol⁹ impugnare nitit. Figurat. ij. Reg. v. Audiert philistijm q vnctus ē dauid in regē. ascēderunt vniūsi vt q̄rerent dauid ad p̄dendū eū Nā sicut Herodes voluit sibi renūciari puerū. sic diabol⁹ vult ḡtiā nō celatam habere sed publicatā vt occidat eaz. Sed cōtra scribit Mat. vi. Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua. Bre. Depdari desiderat q thesaurū publice in via portat. Jō Thob. xij. Sacramentū regis abscōdere bonū ē. Quarto cōmendāt a calliditatis appētiōe. cū dicit. Ite et interrogate diligēter de puero hoc t renūciate mihi. Qui herodis astutiā ꝺgnoscentes ad eū redire sicut ipe postulauerat nuerūt. Prouerb. i. Frustra iacit rhete pēnatorū tē. Sic et nos debem⁹ astutiam diaboli p̄cauere nō redeūdo p recidiuatiōem. exquo incepimus q̄rere xp̄m p bonam opationē. Bene. xix. Salua aiam tuā t noli respicere post tergū. qz scribit Luc. ix. Nēo mittēs manū suā ad aratz et respiciēs retro aptus ē regno dei. Sed heu diabol⁹ cū aliq̄bz ludit sicut cū mure murilegus. q ad tēpus murē dimittit. t fugientē murē capit t interficit. Sil'r et diabol⁹ dimittit q̄sdā ad tempus a se recedere. verūtamē dicit cū pharaōe Exo. viij. Nō lōge abeatis. Uñ postmodum vehemēti⁹ eos ꝺmuadit t i peccato occidit. Hic ē q regi israel ait pphēta. iij. Reg. xx. Uade et ꝺfortare. t scito et vide q̄d facias. seq̄nti enī anno rex syrie ascēdet contra te sed a multis illudit ei. Sic etiā ꝺtigit ꝺ murilego q aliq̄n capit auē t vult secū ludere sic cū mure. sed illa euolat. nec se de cetero arripi sinit. Hoc mō facies illudit diabolo ad eum nō redeūdo. Prouerb. vi. Erue te quasi dama mula de manu. t quasi auis de insidijs aucupis. Quīto cōmendant a spūali ꝺgratulatione. qz audito pphetie ozac'o t viso stelle signo. t inuento rege puero gauisi sunt gaudio magno. Sexto Sic et nos gaudere debemus de spūalibz bonis. Primo de infusiōe gratie qua liberamur a potestate diaboli t efficimur filij dei. ad Col'. i. Eripuit nos de potestate tenebrarū t trāstulit in regnū filij dilectōis sue. Secūdo de puritate ꝺsciētie. ad Heb. ix. Emūdauit conscientiā nr̄am ab opibus mortuis tē. Seneca. Nō nascit vera letitia nisi de pura cōsciētia. quia scribit. i. Johan. iij. Si cor nostr̄ nō reprehēderit nos fiduciā habeam⁹ quietē coram deo tē. Prou. xv. Secura mens quasi iuge cōuiuiū. Tercio de promissiōe glie. Unde Lu. x. Gaudete qm̄ nomina vr̄a scripta sunt in cel'. vbi erit eternū gaudiū. Joh. xvi. Gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis. Primū gaudiuz est magnum.

secundū maius. tercīū maximū. ¶ Sexto ꝺmendant a ꝛeuota adoratōe. cū subdit. intrantes ꝺmū. s. diuersoꝝū in q̄ natꝰ ē xp̄s inuenerūt puer cū maria mre eius. Bern. Hec fuit familia. hec vniūsa milicia. throni ꝓ ciepiū. diuersoꝝū fuit regale palaciū. Et p/cidentes adoꝛauerūt eū. Bern. Nō sordet illis stabulū. nō pānis offendunt. nō scādali sant lacrētis infantia. pcidunt et venerātur ꝯginem. adoꝛāt dn̄m. Nā q̄ eos foris p stel ām monuit. t ipe in occulto eos edocuit q̄ it ꝓ salute nr̄a venit. ¶ Spūal. sic nos ꝛebem⁹ itroire ꝺmū ꝺsciētie nr̄e. iuxta illō Eccli. xxxij. Precurre ꝓꝛ in ꝺmū tuā. scz ꝺsciam. t illic aduocare. s. scrutiniū ꝺscie. t illic lude. s. diuīa bn̄ficia reuoluēdo ꝛeuote Sic ludebat Dauid totis viribꝫ saltās añ dn̄m. ij. Reg. vi. Qui saltat nūc sūma petit: nūc ad ima redit. sic q̄ cōtemplat diuīa bene ficia mira cū iocunditate ascēdit. vt iesus ei dulcescat. t mole grauitatis ꝛescēdit vt ipse sibi vilescat. Deinde ꝛebem⁹ pcidere ꝓ ꝺsideratōem conditōis infirme. sicut Abꝛaā q̄ dicebat Gene. xviij. Quid loquar ad dn̄m cū sim cinis et puluis. puluis ē hō. qz statu tē ptatōis ꝛe loco suo excutit. et quocūq̄z ꝛeiciꝰ tur ꝛelectus ꝓpria virtute nō leuat. Cinis est. quia ex se nullū germē ꝺni opis pducit. ij. Ꝯoꝛ. iij. Non sum⁹ sufficiētes cogitare aliq̄d a nobis tāq̄z ex nob. Sic igit ꝛebemus adoꝛare ꝛeū in ꝺmo ꝺsciētie. Mat. vi. Tu cū oꝛaueris intra cubiculū tuū. t clauso ostio oꝛa pr̄em tuū in abscōdito. Chriso. Cū oꝛas nemo sit in ꝺscientia tua nisi quē adoꝛas. et recogita tibi suam maiestatē t tuā vilitatē. Judith. viij. Ōuliem⁹ illi aīas nr̄as. t̄ī spiritu hūiliato et ꝛtrito fuiam⁹ illi. Eccī. xxxv Oꝛatio humiliātis se nubes penetrat. qz dicit Aug. Oꝛatio hūilis si fuerit vacua nō recedet. Sic adoꝛauerūt eū tres reges Chriſ. Paruulū nō adoꝛassent nisi aliq̄d diuinū i eo vidissent. ¶ Septimo ꝺmendant a munerū oblatōe. cum subdit. Aptis thesauris suis obtulerūt ei munera. aurū thus et mirrhā. Bre. Aurū vt regi magno. thus ꝛeo vero. murrhā passibili et mortali homi. sicut p phetatū fuit Isa. lx. Oēs de saba venient aurū et thus ꝛeferētes. Et dicit oēs. qz p istos tres reges significat totū genus hūanū ꝛe tribus filiis noe ꝓpagatū. Et dicit. aur̄ z thus ꝛeferētes. Et ꝓpha Isaias nō noiat murrhā qz mortalitas ei⁹ satis fuit manifesta. Sed diuīras q̄ p thus ꝛesignat t regal dignitas q̄ p aur̄ significat illa erāt latētia. Un̄ exponit ea ꝓpha vt ꝺfundant iudei q̄ xp̄m pur̄ hoiem suspicāt. Chriſ. Diuīa gr̄a oꝛdinauit hec vniuersa. Spūaliter. t sic nos ꝛebemus offerre munera regi nato. Remigi⁹ dic. Nō singula singuli obtulerūt. sed q̄libet eoꝝ hec tria obtulit. aurū ad tributū. thus ad sacrificiū. murrhā ad sepulturaz. Et sic nos hodie. quia indeuot⁹ ē vacu⁹. Adoꝛa g̃ ꝛeuote. Exodi. xxiij. Nō apparebis in ꝺspectu dn̄i vacuus. t sic nos. ¶ Nota triplex est thesaurus. s. cordis. oris et opis. De q̄libet thesauro ꝛebemus ei offerre munera. Prim⁹ est thesaur⁹ cordis. Un̄ Luc. vi. Bon⁹ homo de thesauro cordis sui pfert bnū. Et sic nos de thesauro cordis ꝛebemus offerre mun⁹. s. aurū dilectōis. Apoc. iij. Suadeo tibi eme re aurū ignitū. i. feruidā dilectōem. Et bn̄ p aur̄ diuina dilectio intelligit. Prio ꝓpter p̄ciositatē. qz excedit oia alia metalla Nā qz alia ꝛecorant per aur̄ t nō ecōuerso. t sic charitas seu dilectio excellit oēs alias ꝯtutes. i. Ꝯoꝛ. xiij. Maioꝛ horꝫ charitas. s. fide et spe. Isido. de sum. bo. Charitas oim ꝯtutuz obtinet ꝓncipatū. et ꝛecorat oēs alias virtutes. quia alie sine ea sunt ꝛeformes. August. Charitas est virtus q̄ valet ad oia sine qua nihil valent oia. Hoc munus ꝛesidera ꝓ oibus. Deute. x. Audi isrl quid dn̄s petit a te. vt ambules in vijs eius. t diligas eū ex toto corde tuo. Idcirco offer domino teipm t oēz substātiā tuā. nō acceptat sine auro charitatis. Hilarius. Frustra erit oīs boni operatio nisi assit ꝛei dilectio. ad Col. iij. Sup oīa habete charitatē. Ideo dicit Hugo de arraie. Nihil possumus ꝛeo de beneficijs repen/dere nisi reamare. Secūdo per aurū diuina dilectio intelligitur ꝓpter raritatē. qz auruz est rarū. ideo p̄ciosum. quia oīe aur̄ p̄ciosuz Hier. Omne qđ magis raz̄ est magis appetitur. pulegiū apud indos p̄ciosius est q̄z aurū. quia raz̄. et sic charitas est rara. qz pauci sunt q̄ ꝛeum veraciter diligūt. Qđ cōqueritur apls Phil. ij. Omnes q̄ sua sunt q̄rūt nō que sunt iesu xp̄i. Nam pl⁹ sup̄bi diligūt honores. Matth. xxij. Amāt ꝓmos recubitus in cenis salutatōes in foro. Luxuriosi ꝯo pl⁹ diligūt ꝛelectatōes corpis. De q̄bus Osee. iij. Diligit domin⁹ israel. t ipi diligūt vinacia vuaz̄. die hulse ꝛes zwyns. s. ad modum porcoꝝ. Plus diligūt diuitias auari. Isa. i. Omnes diligunt munera. sequunt retributōes. Ideo sicut multus est numerus

spinarū pauc⁹ liliorū. ⁊ multus est numer⁹ grossor lapidū pauc⁹ p̄ciosor. ⁊ mult⁹ ē numer⁹ ferri ⁊ plūbi pauc⁹ auri. ⁊ sic pauci sunt q̄ re deū diligētes. multi diligūt q̄ bona ⁊ nō facta. p̄s. lxxvij. Dilexerūt eū in ore suo: ⁊ lingua sua mētiti sunt. cor aūt eor nō erat rectum cū eo. nec fideles habiti sunt i testamēto ei⁹. vt sunt omnes p̄fati. De q̄b Bre. in omel. Qui adhuc p illicita desideria defluunt profecto deū nō amāt. Et sic dilectio compar auro ꝓpter raritatē. Tercio dilectio ꝓpar auro ꝓpter durabilitatē. q⁹ verū aurū in igne non corrūpit. Et sic vera charitas in igne tribulatōis et passiōis ꝓpter deū durat ⁊ nō perit Lāti. viij. Fortis est vt mors dilectio. Apls Ro. viij. Scio et certus sum q⁹ neq; mors neq; vita neq; tribulatio nec angustia nec instantia me, possit separare a charitate dei. i. ad Chor. xiij. Charitas nunq̄ excidet. peribit spes: fides. Fides q⁹ succedet apta visio. spes pibit q⁹ succedet p̄sentialis possessio. Charitas autē nō pibit. quia nihil est q̄d sibi succedet. sed hic incipit ⁊ i futuro pficiet. Nam d ignis culo parui amoris puēiem⁹ ad caminū fontal' dilectōis. Isa. xxxi. Dicit dñs cui⁹ ignis i syon ⁊ caminꝰ i hierlm. Quarto dilectō dr aurꝰ ppt dulcorositatē. q⁹ in fundo ciphi positū facit potū dulcē. Et sic charitas idulcorat mentē etiā in duris opib. Bre. i moral. Mens q̄ fortiter deū diligit dulcia estimat q̄ amara sunt. Et sic Tiburcio ardētes carbones apparuerūt q̄si rosei flores. ⁊ Laurentio in craticula carbones ardētes refrigerīū. Et Acruū. v. Ibāt apli gaudētes a ꝓspectu ꝓcilij q̄m digni habiti sunt p nole ihu ꝓtuelia pati. Et hoc causauit charitas. Un Orige. sup epl'am ad Ro. i. Dū in dei amore subsistimus signū doloris nō recipimus.

¶ Scdus est thesaurus oris. De q̄ Prouer. xxi. Thesaurus desiderabil⁹ i ore sapiēt⁹. Huc thesaurꝰ debem⁹ aperire ⁊ offerre dño thus d uote oris. p̄s. cxl. Dirigatur oro mea sicut incensum in cōspectu tuo. Nā sicut thus posit ū sup carbones ignitos p̄cedit in altū ⁊ reddit dulcē odorē. sic oro debet p̄cedere d corde ignito per amorē. Eccli. l. Quasi thus ardēs in igne. s. amoris. Nam talis oratio diabolū incendit et expellit Unde Thob. vi. Cordis eius p̄ticulā si sup carbones ponas: fumus eius extricat omne genꝰ demoniorꝰ. siue a viro. i. a ratōe. siue a mliere. i. a sensualitate. Et talē oratōem petiuit ꝓpheta p̄s. cxix. dicens Quid det tibi aut q̄d apponat tibi ad liguā dolosam. i. ꝰ suggestionē diabol. Respōdet. Sagitte potētis acute cū carbonib desolatorib⁹. i. charitate ignitis. p̄s. xxxvij. In meditatōne mea exardescet ignis. s. charitatis Bern. Cum mens igne charitatis accendit talis oro ad deū ascēdit et exaudit Terci⁹ est thesaurꝰ opis. Mat. xiij. Sile ē regnū celor thesauro absc̄dito i agro. Bre. Thesaurus absc̄dit vt obseruet. ⁊ sic thesaurus boni operis absc̄di debet ab hūanis laudibus. Depdari desiderat q̄ thesaurꝰ publice in via portat. Hunc thesaurꝰ opis debemus aperire ⁊ offerre deo murrhā mortificatōis carnis. Col. iij. Mortificate mēbra vra q̄ sunt super terrā. fornicatōnē. īmūdiciā. libidinez: ꝓcupiscentiā malā. Aug. Tota vita nra est vt affectus pcōrū carnis et mūdi mortificare debemus. ¶ Et mortificatio carnis bñ significat p murrhā. Nā murrha hz triplicē ꝓtutē. s. expulsiuā. ꝓfortatiuā. ⁊ ꝓseruatiuā Prio hz ꝓtutē expulsiuā. odor ei murrhe expellit ōnes ⁊ serpētes. ⁊ sic mortificatio carnis ⁊ castigatio expellit oēs tēptatōes diabolicas. Prouer. xxij. Stultitia colligata est i corde pueri. i. pueriliter viuētis. ⁊ ꝰga disciplīne fugabit eā. Eccli. xi. Malicia vni⁹ hore obliuionē facit luxurie magne. Sicut enī dr Thob. vi. ca. Piscis. i. diabol⁹ in aqs delicias nutrit. in sicco abstinentie palpitat et morit. Scdo habz virtutē ꝓfortatiuā. ꝓfortat enī mēbra tenera et debilia. sic mortificatio infirmū ⁊ debilē cōstantē facit ⁊ fortē. ij. Chor. xij. Cū enī infirmor tūc fortior sum et potēs. Scti ei viri pnie armis armati adeo fortes efficiūt q̄ oia diaboli munimēta frangunt ⁊ destruūt. ij. ad Chor. x. Arma militie nre nō sunt carnalia. sed potentia deo ad destructiōem munitionū inimicorū destruēdo ꝓsilia prava. Tercio habz virtutē ꝓseruatiuam. q⁹ ꝓfuat a putrefactōe. Sic mortificatio carnis cōseruat grām ⁊ ꝓtutes. ij. Chor. xij. Uirtus i infirmitate pficit. Hoc cogsceā apls dicebat. i. Chor. ix. Castigo corp⁹ meū ⁊ in seruitutē redigo. ne forte cū aliis p̄dicauerim ipe reprobꝰ efficiar. Sicut enī sal p̄seruat a putredine. sic mortificatio aīam a corruptione peccati. Dic igit ei sponsa Can. v. Digiti mei pleni mirrha p̄stantissima. i. castigatōe voluntaria. Et sic sctūs Benedictus abbas sentiēs putredinē carnalis tēptatiōis piccit se in spinas. et fuit cōseruatus. Bern. Ulnꝰ corpis sanat vulnus mentis. Dicit enī Hugo. Tunc murrha est pbatissima q̄n carnis

seruatur mortificatio discreta.

Sermo xxxix. Ad idem

Ecce magi ve

nerũt ab oriẽte hierl'mã dicẽtes. vbi ẽ q̃ natus ẽ rex iudeoꝝ. vidimus eĩ stellã eius in oriẽte ⁊ venim⁹ cũ muneribꝫ adorare eũ. Matt. ij. In summa duo innuunt. Primo magoꝝ sollicitam q̃sitio. ibi. Ecce magi venerũt ab oriẽte. Secõo inq̃sitõis eorũ rõ. ibi. vidim⁹ enim stellã ei⁹. De p̃mo dicit. Ecce magi venerũt ab oriẽte. Vel sic. In summa ꝓbor ꝓmendant magi a tribꝫ. Primo a distãtia lõginque regiõis. ibi. Ecce magi venerũt ab oriente. Secõo ab audacia vere cõfessiõis. ibi. vbi est q̃ natus est rex iudeoꝝ. Tercio a reuerẽtia debite subiectõis. ibi. Vidim⁹ stellã ei⁹ et venim⁹ cũ muneribꝫ adorare eũ. De p̃mo dicit. Ecce magi. Aug. dicit. Isti magi fuerũt p̃mitie nr̃e fidei in h̃ q̃ p̃mo ꝺ populo gentiũ crediderũt in christũ. Sim⁹ igit eoꝝ sequaces eisdẽ ꝺformes in his tribꝫ in q̃bus ꝓmendant. Primo a distantia lõginque regionis pficiscunt difficulter. cũ dicit. ab oriẽte venerũt. Glo. a finibꝫ p̃sarum: medoꝝ ⁊ chaldeoꝝ. vbi ẽ saba fluui⁹. a q̃ regio illa denominat. iuxta quã et arabia ẽ vbi isti fuerũt reges. Et h̃ est qđ dicit in p̃s. lxxi. Reges arabũ ⁊ saba dona adducẽt. Secundo Ecce eoꝝ diligẽtia. nõ tardabat eos itinerĩ lõginq̃tas. nec tp̃is diuturnitas. nõ opis aspritas. nob in exemplũ q̃ nulla difficultas laboris debet nos retrahere ab opatõe boni opis. quia scribit Rom. viij. Non sunt ꝺdigne passiones huius tp̃is ad futurã gl'iam. s. ꝓmerendã. q̃ labor est cũ fine: gl'ia vero sine fine. Jõ Isiđ. Null⁹ labor dur⁹. nullũ tp̃s longũ q̃ gl'ia eternitatis acq̃rit. Nam sicut se habz punct⁹ ad lineã. sicut vnitas ad numer. ⁊ sicut centruz ad circũferẽtiam sic nr̃ oĩs labor respectu q̃etis eterne. Idcirco scribit Eccl'i. vl. Modicum laborauj et inueni mihi req̃em multaz. Un Bern. Labor me⁹ vix est vni⁹ hore. ⁊ si amplius nõ sentio. s. p̃ nimio amore mercedis Christ. Si attẽderes req̃em celi nõ turbaris p̃ labore mũdi. scribit Sap. iij. In paucis vexati in multis bñ disponent. Secũdo cõmendant ab audacia ꝛe cõfessionis dicẽtes. vbi ẽ q̃ nat⁹ ẽ rex iudeoꝝ. Cõfitẽt audacter eũ regem iudeoꝝ. Ecce ꝛe isto regali titulo q̃ x̃ps ꝺr rex iudeorũ. quẽ pilat⁹ scripsit p causa mortis in cruce. Iste titul⁹ x̃po mortẽte ꝛeleri nõ potuit. sed i natiuitate ⁊i morte a gentibꝫ approbatus fuit. s. a magis ⁊ pilato. Istũ titulũ negauerũt iudei Joh̃. xix. Nõ h̃em⁹ regẽ nisi cesarẽ. Istũ titulũ publicare phibuerũt Joh̃. xix. Noli scribere rex iudeorũ. sed q̃ ipe dixit. rex sũ iudeoꝝ. Huic titulo insultrauerũt. si rex israel es ꝛescẽde ⁊ crũce. Mat. xxvij. Sic adimpletũ ẽ in eis qđ dixit dñs ad Samuelẽ. i. Reg. viij. Abiecerunt me ne regẽ me habeãt. Ideo cũ p̃⁹ fuerit popul⁹ ei⁹ ⁊ erãt ones pascue ei⁹ nũc negãtes eum vagant absq̃ dño. vt dicit Dañ. ix. Non erit pplus ei⁹ q̃ negaturus est eũ. Sed isti reges audacter ꝓfitent eũ dicẽtes. vbi ẽ q̃ natus est rex iudeoꝝ. Coram rege terreno cõfitebantur eternũ. nobis in exemplũ q̃ a cõfessione vitatis nõ debet retrahere nos tirãnitas timoris. quia scribit Ro. x. Corde creditur ad iusticiã. ore autẽ cõfessio fit ad salutem. Chrisost. Sciebãt bñ q̃ in hierl'm regnaret herodes. intelligebãt etiã iusticiã legis q̃ q̃cũq̃ rege viuẽte alter nũciaret quasi inimicus puniret i sanguie. Sz sic ꝺsiderabãt regem futurũ q̃ nõ timebãt p̃sentẽ. Sic dz facere q̃libz fidel' ad ea marie q̃ sunt fidei. Un Act. xviij. dixit dñs nocte p̃ visionẽ Paulo Noli timere sed loq̃re. ne timeas. Ad h̃ aũt animat nos x̃ps Mat. x. Oĩs q̃ ꝺfitebit me coram hoĩbꝫ. ꝺfitebor ⁊ ego eũ coram p̃re meo q̃ in celis est. Et magi ꝺfessi sunt dicẽtes intrepidi. vbi est q̃ natus est rex iudeoꝝ. Secundo

Ista q̃stio mltipliciter p̃t intelligi ⁊ formari Primo p̃t q̃ri. vbi ẽ generaliter. p̃t rñderi illo qđ dicit mgr̃. i. sentẽtiaꝝ. Est vbiq̃ p essentiã potẽtiã ⁊ p̃sentiã. Est vbiq̃ p̃mo p essentia q̃tũ i nobis opa bona oia facit. De q̃ Isa. xxvi. Oia opa nr̃a opatus es dñe. Jo apl's i. Chor. xij. Diuisiones opatõnũ sunt. idem aũt ꝛeus q̃ operat omnia in oĩbꝫ. Noli ergo gl'iari ꝛe opibꝫ tibi ascribẽdo. quia dic apl's Phil'. ij. Deus operatur in nobis velle ⁊ p̃ficere. Secũdo est vbiq̃ p potentiã. q̃ p potentiã suam in nobis bona opat et operata custodit. Ps. cxxvi. Nisi dñs custodierit ciuitatem ⁊c. Nõ aliq̃n a bono ope distrahit p adũsitatẽ seuientẽ. aliq̃n p pspitatẽ blãdientẽ. In vtroq̃ statu dñs custodit. ꝛe q̃ Isa. xxi. Custos q̃d labor⁹ ꝛe nocte aduersitat⁹. custos q̃d de nocte. Et ponit ibi nox. q̃ ẽ aduersitas pmissa a deo ⁊ immissa a diabolo. In qualibz istaꝝ ipe custodit. ⁊ nõ est tm̃ custos in nocte adũsitatis. sed etiã in die sine

mane p̄speritatis. Ideo subdit. Si q̄ritis q̄ rite. s. auxiliū a me. conuertimini. s. a peccatis. ⁊ venite ad me. s. inuocādū. Tercio ē vbiq; p̄ p̄sentiā. inq;tū. s. oia cognoscit. ō q̄ Hebre. iij. Nō est vlla creatura inuisibilis in ꝯspectu eius. oia aūt nuda et apta sunt oculis eius. Jō bonus ē ⁊ sol. Magna est nobis indita necessitas p̄bitatis cū oia agam⁹ ante oculos iudicis cūcta cernentis. Eccli. xxiij. Oculi dñi lucidiores sole circūspicientes oēs vias nostras. Idcirco tu adulter vel adultera aut fur noli dicere. q̄s me videt. Prouer. xv. In oī loco oculi dñi cōtemplant bonos et malos. bonos ad p̄miādū. malos ad puniendū. ¶ Secundo p̄t queri. vbi ē ⁊ localiter. Pōt rn̄deri q̄ in mūdo p incarnatōem assumptam. licz aī incarnatōem nō essz in loco cū essz inuisibilis. incircūscriptibiliter. p naturā tn̄ assumptā hodie cepit esse in mūdo q̄ p̄us videbatur ē in celo. Olim enī erat i celo p misericordiā purā et ꝯsolatōem verā. ps. xxxv. Dñe in celo misericordia tua. In mūdo aūt p pēnā iusticie. De q̄ subdit. Justicia tua sicut montes dei. iudicia tua sicut abyssus multa. Post incarnatōem aūt ē adeo misericordia dei multiplicata in mūdo q̄ etiā saluat animales brutales ⁊ carnales. i. pctōres malos. Ps. xxxv. Homines ⁊ iumēta saluabis dñe. homines. i. bonos. iumēta. i. pctōres magnos. ¶ Tercio p̄t q̄ri. vbi ē singulariter. Ad q̄d p̄t rn̄deri. in humana natura p vnionē. Joh. i. Verbum caro factū ē ⁊ habitabit i nobis. i. i terra humane nature. ex qua vnōe factus est frater noster. ad Heb. ij. Nō ꝯfundit nos vocare frēs suos dicēs. Narrabo nomē tuū fratribus meis. Et h̄ stat nobis ad magnā nobilitatē: securitatē et iocūditatē. Prio ad nobilitatē. q̄ nobiliores angel̄ facti sumus ex eo q̄ nobiscū ⁊ nō cū eis parētelaz ꝯtraxit. Heb. ij. Nusq; angelos apprehēdit sed semen abrae. Secūdo ad magnā securitatē in iudicio. q̄ videbim⁹ frem nr̄m esse iudicē vnūsoz. iō nō dicit. datū est iudiciū filio dei sed filio hominis. q̄ in forma hois apparebit ⁊ sententiā pronūciabit. Joh. v. Potestatē dedit ei iudiciū facere q̄ filius hois ē. Tercio ad magnā iocūditatē i regno Joh. xvij. Hec ē vita eterna vt cognoscant te solū verū deū ⁊ h̄m xp̄m quem misisti in incarnatōnem. Bern. Plenū erit omni gaudio videre hoiez ⁊ hominis ꝯditorē. ¶ Quarto p̄t q̄ri. vbi ē spāliter. Ad q̄d p̄t rn̄deri. in bethleē. Ad h̄ magi i sua interrogatiōe spāl̄ intēdebāt scire locū spālē in q̄ nat⁹ maneret. Et iō iudei interrogati dixerūt. in bethleē iude. sic enī scptū ē p ppham ⁊c. Ex q̄ notat cecitas ⁊ p̄ūsitas iudeoz q̄ alīs locū demōstrauerit vl̄ denūciauerit ⁊ ipi ad eū adorādū mīme prexerit Jō Aug. Judei interrogati ō scpturas ictis fuerūt. pati ad legēdū. ceci ad intelligēdū. duri ad credendū. ¶ Quito p̄t q̄ri. vbi est spāliter. Ad q̄d rnderi p̄t q̄ in iustis p gr̄az Joh. xiij. Si q̄s diligit me ad eū veniem⁹ ⁊ mansionē apud eū faciemus. Et dicit notanter. veniemus in plurali. q̄z veniet p̄ nostrā infirmitatē roborādo. Phil. iij. Omnia possum in eo q̄ me ꝯfortat. s. ad bonū operādum ⁊ malo resistendū. ad Eph. vi. Confortamini in dño ⁊ in potentia virtutis ei⁹. Veniet filius nr̄am ignorantiā illuminādo. vt cognoscam⁹ faciez dei. Joh. i. Illumiat oēz hoiem venientē in hunc mundū. ij. Paral. xx. Cū ignoramus q̄d agere debeamus h̄ solum residui habem⁹ vt oculos nr̄os ad te dirigamus. Veniet spūssctūs de quo Lu. xij. Ignē veni mittere in terraz. q̄d volo nisi vt ardeat. ¶ Sexto p̄t q̄ri vbi ē sacramētaliter. Ad hoc respondet. sub specie panis et vini. h̄m quē modū nobiscū ē h̄ hac vita ⁊ sp erit Matth. vlti. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad ꝯsummatōem secli. Est enī nobiscū in memoria sue passiōis. Lu. xxij. Hoc facite in meā cōmemoratiōem. Est nobiscū sacramētaliter in medicamentū nr̄e curatōnis. Eccli. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinā. ⁊ vir prudens nō abhorrebit illā. Est nobiscū sacramentaliter in viaticū nostre peregrinatōis. Et dicit viaticū. q̄z debet dari ex hac vita migrantibus vt securi⁹ ⁊ fortius pergāt ne in via deficiāt. Mar. viij. Si dimisero eos ieiunos deficient i via. Figuratur. iij. Reg. xix. Helyas ꝯmedit de pane subcinericio. ⁊ cōfortatus ambulauit ad montē dei oreb. Spūaliter. sic xp̄i corpus de cineribus nostre mortalitatis assumptū ꝯfortat hoiem in via p̄sentis vite q̄usq; veniat ad montem dei. i. ad regnū celoz. Joh. vi. Qui mādducat hūc panem viuet i eternū. Dixi scdo subiūgit eoz inq̄sitōis rō. cum subdit. Vidim⁹ stellā eius in oriēte. ¶ Sed di. quare xp̄s voluit natiuitatē suā p stellaz ⁊ nō p aliam creaturā manifestare. Rndet p̄mo vt suā natiuitatē xp̄s purissimā demonstraret. stella enī purissimū corpus ē. ⁊ sic ei⁹ natiuitas pura ex parte mr̄is. Un̄ canit ecclesia. Sicut sidus radiū parit virgo filiuz

72

pāri forma. neq̄ sidus radio neq̄ ego filio fit corrupta. Jtē ex pte ꝑlis. Job. xv. Celi nō sunt mūdi i ꝓspectu ei⁹. Rō. qz ē cādor lucis eterne et speculū sine macula. Sap̄. vij. Secundo vt incarnatōnis mysteriū insinuaret. Nā stella hz lumē a sole. et qz solē ispicere nō sufficim⁹ ei⁹ radiuz in stellis videm⁹. Et sic veritatē ise ꝓspicere nō possum⁹. Joh. i. Deū nemo vidit vnq̄. Rō. i. ad Thim. vi. Jnhabitat lucē inaccessibilē. Jō induit corp⁹ terrenū vt lumen diuitatis in hūano corpe vid'rem⁹. vt sicut lux solis videt in sidere. z sic lux diuitatis in hūanitate. Aug. exponēs illud Joh. xiij. Ego sum via. dic. Xps i hūanitate factus ē nob via ad suā diuitatē. Jō dicit Apocal'. vl. Ego sum stella splēdida et matutina. Tercio vt lingua celi testimoniū sibi phiberet. ¶ Est enī q̄druplex lingua que testimoniū phibuit de xpo. Pria diuia. Lu. iij. et Mat. xvij. Uox p̄ris audita ē. Hic est filius meus dilect⁹. Seda est lingua hūana. s. pphetarū natiuitatē xp̄i p̄dicentiuz. vt Jsa. vij. c. Ecce virgo ꝓcipiet z pariet filiū. z Hiere. xxxi. Nouū faciet dñs sup terram. Mlier circūdabit vīū. Jdeo Act. x. Huic oēs pphete testimoniū phibent. Tercia ē lingua angelorū. Lu. ij. Annuncio vobis gaudiū magnuz q̄d erit omni ppl'o. quia hodie natus ē saluator christ⁹ dom'n⁹ in ciuitate dauid. Quarta celestis. De qua Aug. Quid erat illa stella nisi lingua celestis mirifica q̄ enarraret gl'iam dei. que inusitatū ꝛgis partum inusitato clamore: inusitato fulgore clamaret. Juxta illō p̄s. xviij. Celi enarrāt gloriā dei. ¶ Moraliter de vita nr̄a. sic q̄t tuor lingue spūales dant testimoniū de hoie vt sit spūaliter natus cū christo: Prima lingua est diuina. i. obedientia inspiratōis dei. p̄s. lxxxiij. Audiā q̄d loquat in me dñs de⁹. Gregor⁹ in moral'. Locutiōem dei audire est inspiratione mente cōcipe. quia dic Augustī. de triplici habitac'o dei. Allocutio ē occulta inspiratio qua mentib⁹ suā veritatē et voluntatē inuisibiliter ostendit. Cantico. ij. Dilectus me⁹ loquit mihi. surge ꝓpera amica mea. surge scz a peccatis. ꝓpera. i. p bonaz voluntatē et operatōnem. Jdeo p̄s. lxxxiij. Loquetur pacē [illegible]em suā in his qui cōuertunt ad cor. id ē. ad mentem. Secunda lingua est angelica. scz pura cōsciētia que generat mentis leticiā. Seneca. Nunq̄ nascitur vera leticia nisi ex pura cōscientia. ij. ad Thoz. i. Gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre. Nam sicut lingua angelica annūciauit gaudiū natiuitatis. z sic bona cōscientia. vt dicit Hugo de bono conscientie. Bona cōscientia est titul⁹ religiōis. templū salomonis. ager benedictiōis. ortus deliciarū. gaudiū angelorū. ¶ Tercia lingua est celestis. id ē bona vita z celestis cōuersatio. dicendo cū ap'o ad Philip. iij. Cōuersatio nostra in celis est. scz celestia cogitando. Sap̄. v. Cogitatio eorū apud altissimum. Jtem celestia loquendo. i. Petri. iij. Si q̄s loquitur quasi sermones dei. scz loquat. Jtē celestia operādo. ad Gal'. vi. Operemur bonum ad oēs. i. Petri. ij. Conuersatōez vestrā inter gentes habentes bonā. Dicit enim philosoph⁹. Qualis vnusquisq̄ est talia loquit: meditatur et operat'. Jdeo apostol⁹ ad Gal'. vi. Opus suū probet vnusq̄sq̄. qz saluator Joh. x. dixit. Opera que facio testimonium perhibent de me. et sic etiā de nobis Johan. viij. Si filij abrae estis opera abrae facite. ¶ Quarta est lingua humana. Illa debet phibere de nobis testimoniū. z est bona fama. de qua. i. ad Thimo. iij. Oportet habere testimoniū bonū ab his q̄ foris sunt. id ē bonā famā. Dicit enī Aug⁹ de cōmuni vita clericorū. Cōscientia necessaria est ꝓpter nos. bona fama ꝓpter ꝓximos. Jdeo Eccli. xli. Curā habe de bono noīe. Prouer. xxij. Melius est nomen bonū q̄z diuitie multe. eo q̄ dicit sctūs Tho. in scda scde. q. lxij. arti. ij. Inter res tpales maximū bonū est bona fama Jdo Aug. z hr̄ in canōe. ij. q. i. c. nolo. Qui conscientie cōfidit z famā negligit crudel' est. Propter q̄d dicit ap'ls Ro. xij. Prouidētes bona nō tm̄ cora deo sed et cora omnib⁹ hominib⁹. scz ꝓpter bonā famā z vitare scāda lum Dixi tercio in secūda diuisiōe q̄ ꝓmē dātur isti magi a reuerētia debite subiectōis. qz venerūt obsequiū ei impendere. scz adorare eum. Dicit Leo papa. Reges ei erāt. z tm̄ puer venerātur i fascia. et diuites. z tm̄ pauperculo genuflectūt. sapiētes erāt z tm̄ infantem adorāt nōdum ꝙba ꝓferentē. Et iō dixerūt. Uidimus stellā eius in oriēte. et venimus cū muneribꝫ adorare eū. vt impleretur illud Jsa. lx. Uenient ad te q̄ detrahebāt tibi. z adorabūt vestigia pedū tuoꝝ. Ps̄. lxxi Adorabūt eū oēs reges terre: omnes gētes seruiēt ei. Jdcirco nō retrahat te sublimitas honoris ab impēsione obsequij. Nā si reges adorāt q̄d hodie debet facere populus popularis. Si adoratur involutus fascia: nonne

adorãd⁹ ē sublimat⁹ in gl'ia. Si adorat vagiēs i cunabul'. nōne adorãd⁹ ē nūc regnãs in celis. Si adorat angustat⁹ i diūsorio. nōne adorãd⁹ ē q̄ vēturꝰ ē iudicare in iudicio. Magi ḡ nato puero hūiliter genuflectere ñ verentur. nec ipos regalis dignitas retraxit. Unde ad ill'am illō salutare ꝯsiliū ꝯhuauerūt ps. Et nūc reges intelligite. erudimi q̄ iudicatis terrā. Seruite dño in timore. t exultate ei cū tremore.

Sermo xl. Ad idem

Intrantes domū inuenerūt puerꝫ cum maria matre eius. t pcidentes adorauerūt eū. et aptis thesauris suis obtulerunt ei munera aurū thus et mirrhā. Mat. ij. In ꝟbis p̄missis duo innuunt. Prio pueri leta inuētio. scdō muneruꝫ ꝓna oblatio. Primū ibi. Et intrātes domū inuenerūt puerū ꝛc. Secōm ibi. t aptis thesauris suis. De p̄mo dicit. intrantes domū. Dicit Symon d̄ cassia. Nullo suppellectili ornatā. nō fuerūt sedilia tapecia puluinaria hāc domū decorãtia. Aug. Inuenerūt puerꝫ quātitate parū. fandi impotentē. alieni operis indigentē. Et nulla ab hūana infantia generositate discretū. q̄ sicut stella ei⁹ diuinitatē ostēdebat. ita ei⁹ verā hūanitatē p̄tendebat. Cū maria matre ei⁹ Christ. Nō diademate coronatā. aut i lecto aureo recumbentē. sed vix tunicā habentē vnā. nō ad ornatū corpis sed ad tegumentū nuditatis. qualē habere poterat vxor carpentarij pegre ꝯstituta. Et forte ẏgo maria aduentū magoꝝ p̄sciuerat. vt dū essent ante tugurīū rīspicies extra t intuēs magne potētie viros. vt aliq̄ volūt tulit puerꝫ d̄ cunis. i. de p̄sepio et posuit inter brachia. t collocans in gremio vt puer decēter iaceret. t ipsa se matrē pueri ostēderet. Magi aūt viso puero lumine fidei illuminati sunt. t crediderūt illū puerꝫ quē cū tanta sollicitudie querebāt t quem stella annūciauerat. nec ab hac fide eos matris pauptas nec pueri imbecillitas retraxerat. hec Raban⁹. ¶ Sed quare ibi nō inuenerūt Joseph sicut pastores i uenerūt. Rndetur p̄m eundē q̄ diuīa dispositōe factū est vt illa hora Joseph absens esset. ne pater pueri crederet a gētib⁹ i fide nouellis. ideo dic. Inuenerūt puerꝫ cū maria mre eius. Dec ē felix illa mater sine q̄ iesus nō cōcipitur nec nascit. Lu. ij. Impleti sunt dies marie vt pareret. t pepit filiū suū p̄mogenitū. Nec mirū. q̄ ipa est flos puritatis. Isa. xi. Egrediet ẏga de radice yesse. et flos ei⁹ de radice ascēdet. Dec est bn̄dicta mr̄ sine qua iesus nō inuenit. Lu. ij. Sicut hic inuenerūt infantē cū maria matre ei⁹. Nec mir. q̄ ipa est veritas t via. Ecci. xxiij. Transite ad me oēs q̄ ꝯcupiscitis me. t a generatiōib⁹ meis adimplemini. Ipa ē mr̄ sine qua iesus nō crucifigit. Joh. xix. Stabat iuxta crucez ihu mater ei⁹. Nec mirū. quia ipa est mater pietatis. Ideo crucifixa erat in aīa. Lu. ij. Et tuam ipi⁹ aiam pertrāsibit gladi⁹ doloris. Fiat ergo socia passiōis filij. q̄ vera mater t tota mater. Nec est mater sine q̄ iesus ad nuptias nō vocat. Joh. ij. Nuptie facte sunt in chana galilee. Nec mirū. q̄ ipa ē thalamus pudicicie. ps. xviij. Ipe tanq̄ sponsus p̄cedens de thalamo suo. Ipa est mater sine qua spūssctūs nō datur. Actuū. i. Erāt omnes perseverātes in oratiōe cū mulieribꝫ et maria matre iesu. Nec mirū. quia ipa est aq̄ ductus gr̄e. Eccli. xxiiij. Sicut aqueductꝰ exiui de paradiso. p ipam. eni gra dat et gra impetrat. Ideo canit eccl'ia. Maria mater gr̄e mr̄ misericordie. t Lu. i. Inuēisti eni gr̄az apd dñm. Nos p̄didimus. ipa inuenit. Eccl. xxiiij. In me oīs gra vie et veritatis. Bern. Si q̄d in nobis est gratie ex ea nouim⁹ redūdare. ideo gra spūssancti sine ea nō dat. Ideo sancti magi inuenerūt puerꝫ cum maria matre eius. ¶ Nota sancti magi quatuor modis se habuerūt. Primo inuenerūt. secundo adorauerūt. tercio honorauerūt. q̄rto honoratū custodierūt. Prio ḡ ipm q̄rentes inuenerūt. Ratio p̄ma. q̄ ipm q̄sierunt eo studio. scdō eo mō. tercio eo ordie. quarto eo fine. Primo quesierūt eo studio q̄ debuerunt. Nam studiū eorū fuit triplex. Prio i p̄scrutādo. q̄ diligēter scripturā pphete balaam p̄scrutati fuerūt. et ibi inuenerūt q̄ i ortu christi stella oriri debebat. Num. xxiiij. Orietꝫ stella ex iacob t ꝯsurget virga de isrl. Spūaliter. et sic nos si volumus cum inuenire oportet nos hr̄e studiū ad sacrā scptūrā. Joh. v. Scrutamini scpturas in quibus putatis habere vitā eternā. ille testimoniū p hibent de me. Dicit nanq̄ Dyoni. i li. celestꝫ hierarchie. Impossibile ē nob⁹ lucere diuinū radiū nisi sub velamie scpturarū Jō Brego. sup Ezech. Omnes q̄ viā vite desiderāt verba vite audire debent. i. scripturam sacram. Ratio sancti Tho. pte. i. q. i. ar. ix. Maior

cognitio nō habēt ꝛc deo in hac vita nisi p̄ sacra scriptura. Ad hāc adhibuerūt studium. ꝛ sic eū inuenerūt. Scōm studiū i vigilādo. qz sup mōtē victorialē ascēderūt. ascēdentes sollicite ibidē vigilabāt. Et sic nos. qz scribitur Prouer. viij. Qui mane vigilauerit ad me inueniēt me. Tertiū studiū habuerunt i orādo. qz in dicto mōte p ipi⁹ stelle apparitōe orabāt. ꝛ iō meruerūt exaudiri. Et sic nobis nō sufficit vigilia si nō assit orō ꝛuota ꝛ Pe. iij. Estote prudētes ꝛ vigilate i orōnibus. qz scribit Mar. xi. Amē dico vob̄ quicqd orātes ꝛpetieritis credite ꝛ accipietis ꝛ eueniēt vobis. Ideo apl's. i. Thoꝛ. xvi. Fratres vigilate et state in fide. Et sic ipi. ¶ Secundo q̄sierūt eo mō q̄ ꝛbuerūt. qz q̄sierūt eum fortiter sapiēter ꝛ dulciter. Primo q̄sierunt eū fortiter. vt nec labore ineris. nec tribulatiōe regis. nec amissiōe fideris aliquatenus frāgerent. sed virilem animū habētes. Et sic nos viriles esse ꝛbem⁹ iuxta illō p̄s. xxx. Uiriliter agite et confortet cor vestꝛ. ad Eph̄. vi. Cōfortami in dño ꝛ i potētia ꝛtutis ei⁹. Et sic ipi nō timētes tirānū herodē Mat. x Nolite timere eos q̄ occidūt corp⁹. Chriso. Adhuc eū nō viderūt ꝛ iā parati p eo mori erāt. Scōo q̄sierūt eū sapiēter. vt nec herodis astutia ꝛciperentur. Tercio dulciter. vt nec herodis ꝓmissiōibꝫ allicerent. O q̄ pauci sunt q̄ q̄runt deū fortiter. vt nō frangātur a mūdi aduersitatibꝫ. sed in tribulatōe et p̄secutōne ꝓpter verbum aliq̄n scandalizant. Pauciores vero sunt q̄ q̄runt sapiēter vt nō decipiātur a diaboli calliditate. De q̄ apl's q̄. ad Thoꝛ. xi. Timeo eni ne sicut serpens seduxit euā astutia sua. ita corrūpant sensus vestri. Pauciss̄imi sunt q̄ q̄runt dulciter vt nō illiciāt a carnis voluptate. Jaco. i. Unus q̄sq; temptat a ꝛcupiscētia sua abstract⁹ ꝛ illectus. ¶ Tercio q̄sierūt eo ordine q̄ ꝛbuerunt. Primo q̄sierunt p partē sensualē. s. per stellā. deinde p ptē rōnalem. i. ꝓpham. tercio ꝑ ptē itellectualē. In q̄ instruimur si dominū querere volum⁹ incipiam⁹ ab infimo statu humiliratis. Luce. xviij. Recūbe in nouissimo loco. Deinde ꝑgam⁹ ad mediū ꝛtutis. p̄s. lxxxiij. Ibunt de ꝛtute in virtutem. Ultimo puenia⁹ ad summū ꝓtēplatōis. vt possimus dicere cū ꝓpheta. Sup excelsa statuēs me. p̄s. xvij. vsq; implebit illud apl'i q̄. Thoꝛ. iij. Reuelata facie gl'iam dñi ſpeculātes. in eandē imaginē trāsformamur ꝺ claritate in claritatē. Iste triplex gradus tangitur Gene. xxvi. Ibat ysaac ꝓficiēs. s. p viaꝫ humilitatis atq; succrescēs. s. ꝑ viā ꝛtutis donec magnus vehemēter effectus est. s. per viā summe cōtemplatōis. ¶ Quarto que sierūt cū eo fine quo ꝺbuerūt. s. vt ipm honorarent. adorarēt ꝛ votarēt. honorarēt i corporis ꝓstratōe. adorarent cū mentis deuotiōe. votarent cū munerꝫ largitōe. ¶ Mam omē qꝺ habuerūt sibi obtulerūt. Prio corpus cū dicit. ꝓcidentes. Ecce hūilitas i nobilibꝫ regibꝫ et diuitibꝫ. qꝺ est rarꝫ q̄ nobiles ꝛ diuites sunt humiles. sed magis pauperes et populares. Unꝺ hoc oritur. Respōdet Henric⁹ de hassia. ꝓmo ex ſupbia. Aug. Uermis diuitiarꝫ ſupbia. difficile est ꝛ rarꝫ q̄ nō sit ſuperbus q̄ diues ē. Secūda causa est ne maculent vestes ꝓciosas. pl⁹ honorant vestes q̄z deū. nō cogitātes q̄ deus pater nō ꝑpercit filio suo sed p nobis omnibꝫ tradidit illū. Et implebit in eis illud Isa. iij. In illa die auferet dñs ornamentū. ꝛ p ornatu erit ignominia. Tercia causa ne nimis fatigarent corpa delicate nutrita. nō attendētes qꝺ dixit dñs Isa. l. Corpus meū ꝛdi ꝑcutientibꝫ. ꝛ genas meas vellētibꝫ. faciē meā nō auerti ab increpātibꝫ et ꝺspuētibꝫ in me. Et q̄ cecidit in faciē suā orādo. Lu. xxij. et q̄ inclinato capite tradidit ſpiritū. Lu. xxiij. Jō docet apl's ad Roma. xij. Obsecro vos vt exhibeatis corpa vra hostiā viuentē ꝛdo placētem. Sed heu aliqui ita se ligauerūt q̄ neq; genua corā sacramento flectere possunt. veniet aliq̄n q̄ tales oportet flectere genu corā ſpiculatore. Et ſinaliter dicet eis illꝺ Matthei. xxij. Ligatis manibꝫ ꝛ pedibꝫ ꝓicite i tenebras exteriores. Ideo apl's ad Phil'. In nomine dñi iesu oē genu flectatur. Secundo obtulerūt animā cū dicit. adorauerūt. ꝛ sic nos. Joh̄. iij. Uerī adoratores adorabunt p̄rem in ſpiritu et veritate. i. Thoꝛ. xiij. Orabo ſpiritu orabo et mēte. p̄sallā ſpiritu p̄sallā et mente. Tercio obtulerūt res temporales. cū dicit. aptis thesauris suis. et sic nos. Prouerbioꝝ. iij. Honora dñm ꝺ tua ſubstātia ℟ ¶ Dixi secūdo inuentū adorauerūt. cum dicitur. et ꝓcidentes adorauerunt eum. scz adoratōne latrie. Est autē latria cultus soli deo ꝛbitus. De quo Deuter. vi. Dominū deū tuū adorabis et illi soli seruies. In quibus verbis exprimit trinitas ꝑsonarꝫ. dominū. s. p̄rem. deum. s. filiū. tuuꝫ scz ſpiritū ſanctum. ¶ Nota adoratio est triplex. Una est q̄ ꝛbet soli creatori. Et dicitur

grece latria. Scda q̄ dr̄r creature. z dr̄ dulia. q̄ tñ ē duplex. Unā q̄dā est dulia simplex q̄ adorāt hoies. Alia ypdulia. i. supior dulia. qua adorāt caro xp̄i et crux ei⁹. carnē xp̄i adoramus ꝓfitēdo q ipa est causa materialis nostre redemptōis. Nam p ipam redemit nos xp̄s exponēdo eā passiōi. Unde Ephe. ij. Sedēte ad dr̄icicias in carne sua. Itē p fitendo q ipa sit viuificatrix alaz nostrarū. Joh. vi. Nisi māducaueritis carnē filij hoīs nō habebitis vitā in vobis. qm̄ ipa ꝺfert et auget gl'iam si digne recipiāt in sacramento altaris. Joh. vi. Panis quē ego dabo caro mea ē p mūdi vita. q̄ māducat hūc panē viuet in eternū L Attamē notādū. dicit ei Aug. de ciui. dei. lib. x. c. i. q caro xp̄i dupliciter ꝺsiderat. Uno mō p se. alio mō p accidens. Per se ꝺsiderata capit ꝓpte materiali illi⁹ hūanitatis q̄ pars distinguit ꝺ aiam. Et sic nō ē adorāda adoratōe latrie cum sit creatura nullā habēs relatōem ad diuinum suppositū. ꝑm se ꝺsiderata sz adoratōne ypdulie. Alio mō ꝺsiderat p accidēs. vicz. ꝓut est hypostasis diuine nature. nō vt carnē nudam ꝺsiderātes. sed vt vnitā deitati i vnitate hypostasis dei ꝟbi duabꝰ naturis reductā. Item hypostasis ōr quasi substans vl' subsistens. z ponit p materia ꝑma. Et greci hypostasim vocāt psonā. vt q sunt tres hypostases in diuinis. i. tres psone. hec catholicō. Et ꝑm btm̄ Tho. parte. iij. q. xxv. ar. ij. Adorare carnem xp̄i nihil aliud ē q̄ adorare ꝟbū incarnatū. z sic adorāt adoratōe latrie. Et hē q̄ dicit Aug. sup Joh. tractās illō Johā. xiij. Nō turbet cor vr̄m. dicēs. Ego dñicam carnem imo pfectā xp̄i hūanitatē iō adoro q a diuinitate suscepta z hūanitati vnita ē Et sic adoratōe latrie adorāt ver⁹ de⁹ z ver⁹ hō. Sed btā ꝟgo adorāt adoratōne ypdulie. nō latrie. Damas. li. iij. Quia honor q̄ ē ad btām ꝟginē reducit ad deū q̄ ex ipa incarnatus ē. Silr crucē xp̄i adoram⁹ in q xp̄s pependit adoratōne yperdulie. licz nō habz formā seu figurā crucis. sz eo q sit instrumētum nr̄e redemptōis in qua redēptor nr̄ opat⁹ est nr̄am salutē. Alias ꝟo cruces adoram⁹ rōne figure. in eo q significāt xp̄m crucifixū i tali forma. nō em adoram⁹ formā. vt dicit Damasce. li. iij. c. iij. sed typū crucis. vñ si typ⁹ soluit nō est adoratio ficta. M Sanctus Tho. ꝟo pte. iij. q. xxv. ar. ij. dicē q crux xp̄i in qua xp̄s crucifix⁹ ē dupliciter ē a nobis venerāda. Uno mō ꝓut nob repsentat figurā xp̄i extēsam i ea. Alio mō ex ꝺtactu ad mēbra xp̄i z ex hꝰ q sanguie ei⁹ pfusa. vtroq mō adorāt adoratōe latrie. Et ꝓpt hꝰ crucē alloq̄mur z dep̄camur. Tuā crucē adoram⁹ dñe. Si ꝟo loq̄mur de effigie crucis xp̄i ꝓut est i alia materia. puta lapidis vl' ligni. auri vel argenti. sic venerāt crucē vt imaginē xp̄i. Et dicit ibidē sctūs Tho. ar. iij. q ois imago ē venerāda sic illō cui⁹ ē imago. Cū g xp̄s adoret adoratōe latrie. ꝺseqūs ē q ei⁹ imago sit adorāda adoratōe latrie. imagines ꝟo sctōrū adoram⁹ nō in ordie ad se sz in ordie ad signatū. s. ad sctōs M Sz dī. imagines fieri ꝓhibitū ē Exod. xx. Nō facies tibi sculptile. neq̄ oēm sil'itudinē q̄ est i celo desup. et q̄ in terra deorsum. neq̄ eoꝝ q̄ sunt in aquis sub terra. Nō adorabis eas neq̄ coles. Respondet Damas. iiij. Prohibituz ē facere sil'itudines vl' imagines ad adorādū p dōs. q̄ tunc ppl's iudaic⁹ ꝓnus fuit ad idolatriam ꝓpter exēpla gētiū cū q̄bꝰ habitabāt Et q̄ nōdū de⁹ hūanā naturā assumpsit. iō figurari nō potuit. q̄ erat incarcūscriptibil' et ifigurabilis. sed mō p misericordie sue viscera fact⁹ est hō passus z crucifixus. g̃ ꝑt figurari. Jōdicē Bonauen. Imaginū introductio i ecclesia nō fuit absq̄ rōnabili cā. Primo ꝓpt̄ simpliciū ruditatē z informatōem. Sūt enim simplices q̄ scr̄turā nō pñt intelligere. iō in hmōi picturis tāq̄ in scripturis legūt gesta xp̄i z sctōrū. Unde Bre. z hr̄ de ꝺse. di. iij. platum. Qd̄ legentibꝰ scr̄ptura hꝰ idiotis cernētibꝰ pstat pictura. Sc̄do ꝓpter deuotōis excitatōez. pl⁹ eni mouēt exempla q̄s ꝟba. z ea q̄ videmus q̄s q̄ audim⁹. Ut g moueremur ad deuotōem et ꝺpassiōez eccl'ia tenet et pmittit imagines. Tercio ꝓpter mēorie labilitatem. q̄z ea q̄ audiūtur faciliꝰ obliuiōi tradunt q̄s ea q̄ vidēt. Unā de ꝺse. di. iij. venerabiles. Venerabiles imagies xp̄i am nō deos appellāt. nec fuiūt eis vt dīs. neq̄ spem salutis ponunt in eis. neq̄ ab eis spectāt futurū iudiciū. sed ad memoriā z recordatōez p mitiuoꝝ venerāt eas. O Jō Bre. de ꝺse. di. iij. platū. dicit. Aliꝰ est adorare picturā. Glo. tāq̄ sit aliquod diuinū hoc ꝓhibeat. Aliud ꝟo est p picture hystoriā q̄d sit honorandū addiscere. q. d. ꝓpter hoc imagies sūt institute. Unā ꝟsus. Effigiem xp̄i dū transis semp adora. Non tñ effigiē sed qꝺ designat honora. Beati vero magi christū adoratōe latrie adorauerunt. Dicit enim Aug⁹ in enchiridion. Adoratio latrie est triplex scilicet

cordis opis et oris. Pria cordis fm Aug. ꝓsistit in tribꝫ. s. i dei agnitõe. dilectõe. ⁊ rebꝫ ta subiectõe. Et hꝫ mõ cũ magi corde adorauerũt. Prio qz eũ vez deũ et hoiem ꝓfiter cognouerũt. Scdo dulciter amauerũt. ꝑ cuius amore regna sua dimiserũt. Tercio hũiliter se ꝓiecerũt. Scda adoratio oris illa ẽ ꝓtestatio diuine maiestatis. Et habz fieri tripliciter. s. orãdo. laudãdo. et grãs agẽdo. oĩbus his modis adorauerũt ore. Tercia adoratio est opis. illa etiã cõsistit in tribꝫ. Prio in genuflexiõe. Isa. xlv. Mihi curuabit oẽ genu. ⁊ sic ipi. quia pcidentes adorauerunt. Secũdo in rez oblatiõe. Deute. xxvi. Cuz intraueris terrã quã dñs deus datur⁹ ẽ tibi possidendã tolles de cunctis frugibꝫ terre. et offeres dño deo tuo. Et sic ipi obtulerũt ei munera. Tercio in sacrificij imolatõe. ⁊ sic ipi incensum qđ deo in sacrificiũ ponit sibi dederũt. Quarto adoratũ honorauerũt. s. ꝑ munera que sibi obtulerũt. ℞ Nota qꝫ q̃druplex munus sibi obtulerũt. Primo mun⁹ a corde. qz eũ dilexerũt ⁊ in eũ crediderũt. Secundo munus ab ore. quia ipm verũ deuz et hominẽ ꝓfessi sunt. Tercio munus a manu qz sibi auz thus ⁊ mirrhã obtulerũt. Quarto mun⁹ ab obsequio. qz se ante eũ corpe ꝓstrauerũt. Istud quadruplex mun⁹ nos sibi exhibere in honorẽ debem⁹. Prio munus a corde. ⁊ est dilectio Mat. xxij. Dilige dñm deũ tuuz ex toto corde tuo. Secũdo munus ab ore. ⁊ est laudatio. psal. xlix. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Tercio munus a manu. ẽ bona operatio. Eccles. ix. Quodcũqz ꝑt man⁹ tua opari instanter fac. qz nec opus nec rõ ẽ apud inferos. Ideo ad Hal. vi. Dũ tẽpus habemus operemur bonũ. Eccli. iiij. Noli esse remissus in opibꝫ tuis. Apoca. xiiij. Opera enim illorũ sequunt illos. Quarto mun⁹ ab obsequio. qđ est exhibitio seruitutis ꝓnal. scz qñ qs se totũ in obsequiũ deo mancipat. Unꝫ Eccli. xlvi. dicit caleph. Semen illi⁹ obtinuit hereditatẽ. ⁊ viderũt omnes filij isrl qꝫ bonũ est obseq̃ sancto deo. Quinto honoratũ custodierũt in hꝫ qꝫ ad herodẽ nõ redierunt. nec de pueri inuentõe sibi nũcios transmiserũt. nec per eius cõfinia trãsire voluerũt. sed per aliã viã redierũt. Sed heu mlti sũt q̃ postq̃z christũ inueniũt ipm nõ custodiunt. q̃dam enim eoz ad peccatũ et ad herodẽ. i. diabolũ redeunt. Tales cũ diabolo pactuz faciũt. Isa. xxviij. Percussim⁹ fed⁹ cũ morte ⁊ cũ inferno pactũ fecim⁹. flagellũ inundãs cũ pertrãsierit nõ veniet sup vos. Sz tales occidũt puez natũ. Heb. vi. Rursum crucifigentes filiũ dei. Tales q̃ ad peccatũ redeũt sunt sicut ille q̃ vadit ad carcerẽ inimici. vel ad viã vbi erit ꝓspoliatus. q̃ sunt brutis insipientiores que ad laqos nõ redeũt qs semel euaserunt. Eccles. i. Stultoz infinit⁹ ẽ numerus. Alij vero nuncios herodi. i. diabolo trãsmittũt. Hi sunt q̃bz ⁊ si peccandi deest facultas. nõ tamẽ deest voluntas mala. Tales ꝫo prauus desideriꝫs ⁊ voluntatibꝫ agitant. mala ꝫo desideria et prave volũtates sunt q̃dam nuncij diabolo missi. quia dicit Aug. i lib. retractationũ. Ex voluntate nascit peccatum. Osee. x. Confundet isrl in volũtate sua. Nam sicut volũtas bona est initiũ ois boni. sic econuerso volũtas mala ẽ initiũ ois mali ⁊ ꝺemnatois. Ideo Bre. Sicut ei peccãdo ꝑ superbiam ⁊ inobediẽtiã a regione nra. i. paradiso celesti recessimus. sic penitẽdo ꝑ hũilitatem et obedientiã redire debem⁹ ꝑ aliam viam. s. penitentie.

Sermo xli. Ad idem

hic incidentaliter sup illd euāgeliū Nemo nouit pr̄em nisi fili⁹. ¶ Ad dei ꝯgnitōz possum⁹ v̄ire p septē q̄litates. Prio p naturalē instinctū cū eū ꝯgscim⁹ summū bonū ꝛ fontē oīm rer. sic agit⁹ ex naturali instinctu mr̄em i balatu cognoscit. sic in lumie rōis in q̄ creati sum⁹ ad imaginē et sil'itudinē dei. p̄s. iij. Signatū ē sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e. id ē natural' rō cogscēdi deū. Et sic nemo excusat. Sic pḣi eū ꝯguerūt vt summū bonū sz nihil aliud inuestigare potuerūt, ꝛ sic vbi ceperūt ibi finierūt. Ro. i. Qui cū deū cognouerūt nō sic deū glificauer̄t ꝛ euanuer̄t in vanitatibꝫ suis. Scdo p gr̄e ifusiōez. Un̄ sicut hō in splēdore sol' ꝯgscit colores differre ab inicē. sic p infusiōez diuie gr̄e cogscimus quātū creator differt a creatura. ꝛ ecōtra. sic ozies ab occidēte. de q̄ Eph. v. Eratis aliq̄n tenebre. s. an̄ infusiōem fidei. nūc aūt lux in dn̄o. p̄s. In lumie tuo. s. infuso videbim⁹ lumen. s. ēentiale. ¶ Tercio deū ꝯgscim⁹ p angelicā reuelatōez. sic hō p nūcios cogscit negocia ꝛ sic angeli sunt nūcij dei. Rich. Angel⁹ ē diuin⁹ nūci⁹ p quē diuinā volūtatē agnoscim⁹. licz nō visibil'r tm̄ iuisibil'r. ex q̄ eni officio nob reuelat agnitōem dei. Nā sic dic̄ Dionysi⁹. Angel⁹ ē manifestatio diuini lumis. Et sic ꝯguerūt deū antiq̄ pres Abraā ysaac ꝛ iacob. q̄bꝫ multotiēs angeli dei visibil'r apparuerūt et docuer̄t eos de deo ꝛ de celestibus.

Quarto deū cognoscim⁹ p hūanā eruditōz sicut discipuli lras a mgris discūt. p̄s. Auribus nr̄is audiuim⁹: pres nr̄i annūciauerunt nob op⁹ q̄d opatus ē in nob. op⁹ creatōnis. gubernatōis. gl'ificatiōis. ꝛ sic d̄ alijs. Sed heu p̄les eruditōnez hmōi nō suscep̄rūt nec aliq̄ p deo sustinuerūt nec hodie sustinēt. p̄s. Noluer̄t intelligere vt bñ agerēt. Nolūt tales seipos nec deū cogscere p eruditōez. ꝛ sic nec de⁹ eos cognoscit p approbatiōz. sz dicit eis Mat. xxv. Discedite a me nescio vos. Joh. x. Ego ꝯgsco oues meas ꝛ ꝯgscunt me mee.

Quinto cognoscim⁹ deū p creaturaz ꝯsideratōem. Ro. i. Jnuisibilia dei p ea q̄ facta sunt intellecta ꝯspiciunt. ꝛ. i. Chor. xiij. Videm⁹ nūc p speculū ꝛ enigmate. Aug⁹. de ciui. dei. Per speculū. i. p sil'itudinē creaturaz cogscimus deū. qz i creaturis videm⁹ vestigia dei. Sic dr Sap. xiij. A magnitudie spēi creature cognoscibil'r poterit eor creator intueri. sic scta Katherina cognouit. ¶ Sexto deū cognoscim⁹ p scp̄turaz inspectōnez. sic hō vult̄ in spec'o. Sctūs Tho. pte. i. q. i. arti. ix. Maior noticia de deo nō habet i hac vita q̄z i sacra scp̄tura. Greg. Sacra scp̄tura est q̄dā speculū q̄d oculis mentis ꝓponit vt interna facies videat. Jō dic̄ ipe saluator Joh. v. Scrutamini scripturas in quibꝫ putatis habere vitā eternā ꝛ testimoniū habere de me ꝛc. ¶ Septimo p miraculoz opatōez. sicut sapiēs cognoscit aiam suā p opatōem potētiaz. s. p intellectū ꝛ memoriā qua cogscit se habere aiam rōnalem ꝛ differre a bruto,

Et sic nos cū audim⁹ miracla ꝺ naturā ꝛc. bñ ꝺgnoscim⁹ ꝯ a deo fieri cū id natura ñ ꝑ terit opari. ꝛ sic xp̄s dixit de iudeis Joh̄. v. si opa ñ fecissem q̄ nēo ali⁹ fecit pctm̄ ñ hr̄ent. nūc aut̄ excusatōez nō habēt. s. ꝺ pctō sine i fidelitatis. Sic g̃ talib⁹ modis possum⁹ ꝑ uenire ad cognitōez. s. g̃tuitā dei i p̄senti. ꝛ me reri vt ip̄m agnoscam⁹ dēniq; p gl̃iaz i fuko. Sūt tñ alīq̄ q̄ ꝯ deū nō ꝺgscūt. s. p g̃raz. neq; i futuro p gl̃iam. ¶ Et taliū etiā se ptē sunt genera. Primi sunt iniq̄. Iniq̄tas enī ē p̄uīsio naturaľ ordis. Isa. i. Ue gēti pec catrici ꝛ pplo g̃ui iniq̄tate: semi nequa ꝛ filij sceleratis. Sb̄dit. Bos ꝺgnuit possessorē suū ꝛ asin⁹ p̄sepe dñi sui. isrl aut̄ me nō ꝺgnuit et ppls me⁹ ñ itellexit. p̄s. Obscuratū ē i sipiēs cor eor. Secdi sunt ingti q̄ g̃as nō agūt de infusiōe g̃re. Ro. i. Qui cū deū ꝺgnoer̄t nō sic deū gl̃ificauerūt. Ber̄. Ingtitudo ē vēt⁹ vrēs exiccās fontē pietatis. Tercij sunt inobedi entes nolētes audire p̄dicatōez vnde deū pos sent ꝺgnoscere. Hiere. vij. Audite vocē meā ꝛ ero vob⁹ dē⁹. sb̄dit. ꝛ nō audierūt neq; inclinauerūt aurē suā. sz abierūt i voluptatib⁹ suis. ¶ Quarti increduli nō credētes sacre scripture. sic fuerūt hoīes tpe noe Ben̄. vi. Noe cētū annis archā edificauit ꝛ edificatōe p̄dicauit hoīb⁹ vt cessarēt iniq̄ agere ꝛ ira dei euadere. ipi sb̄sannauer̄t eum. ꝛ sic cū securissimi eēnt vēit diluuiū. sic dr nob Mat. xxiiij. Sic̄ fuit i diebꝫ noe. ita erit aduēt⁹ filij hois

Quīti sunt mūdi amatores. q̄ pl⁹ amāt cor pis affectū q̄z aiaz. Ro. i. Seruierūt pot⁹ creature q̄z creatori. Jō Isa. vi. Excceca cor pop̄uli hui⁹ vt videtes nō videāt ꝛ audientes nō intelligāt. ¶ Sexti sunt iuidi p̄ malicia Sap̄. v. Excecauit eos malicia eor. ¶ Septimi sunt idurati. q̄s nec scp̄tura sa cra nec miracla illumiare p̄nt. ꝺ q̄bꝫ Hiere. v. Induerūt sup̄ petrā corda eor. p̄s. Jp̄i nō cog uerūt viaſ meas. si. i. nō itroibūt i reḡez meā

¶ Itē nota volēs ex h̄ notabili p̄monē facere posset sic scribere. Nemo p̄ez nouit nisi filius. In sūma ꝟbor ip̄e saluator duo innuit. Primo insinuat quō p̄ez celestē nēo nouit. ibi. nemo. Secdo specificat q̄liter ip̄m sol⁹ filius specialr cognoscit. ibi. nisi filius. Nota qua druplex ē cognitio. s. g̃tuita. gl̃iosa. naturaľ. ꝛ pfecta. ¶ Nota sup illo ꝟbo. Cōfitebor tibi p̄r. dic glo. sup Apoca. triplex ē ꝺfessio. Pria pcti. i. Cho. xiij. Nō ꝺfundaris cōfiteri pctā tua. Secda ē fidei. Rom. x. Corde credit ad iusticiā. ore aut̄ fit ꝺfessio ad salutē

Tercia ē ꝺfessio laudis siue gr̃az actōis. Ecclī. li. Cōfitebor tibi dñe rex. ꝛ collaudabo te deū saluatorē meū. ꝛ sic accipit h̄. ¶ Hec aut̄ ꝺfessio p̄mo dr fieri cū vocali exp̄ssiōe. qz nō solū hem⁹ a ꝺo sp̄m sz etiā corpus. igit̄ ꝛc. Notat̄ h̄ i ꝟbo. ꝺfitebor. s. corde ꝛ ore Secdo cū recta itētōe. tāgit̄ ibi cū dic. tibi. i. ad honorē tuū. nō ad fauorē hoim vl ad lucrū terrenū. Mgr̄ in. q. di. xl. Act⁹ simplicit mali sunt q̄ gl̃iam habēt intētōz. Tercio cū filiali dilectōne. ꝛ notat̄ i h̄ ꝟbo. p̄r. cui tenemur filialē dilectōez. quā req̄rit a nob. Malach̄. i. Si ego p̄r sū vbi ē amor tu⁹. ꝛ tāgit̄ ibi dñe Quarto cū magnificētiali honore cū dic. celi ꝛ terre. Sūm⁹ honor ꝛ magnificentia i diuia laude ē ꝺgscere deū creatorē eē visibiliū ꝛ inuisibiliū. Bre. xviij. mor̄. Quāuis de us nō idiget laudib⁹ nr̄is. tñ ꝑpt nos vult laudari vt nos ꝑficiam⁹. Quito cū bñficiali ꝺmōzatōe. ꝛ tāgit̄ ibi cū dic. absc̄ō dixisti hec a sapiētib⁹ ꝛ reuelasti ea puul Amb. sup Lu. Nihil deo ꝑ bñficijs possum⁹ magis facere nisi q̄ g̃as agam⁹. Sexto cū mētali exultatōe. Lu. i. Exultauit sp̄ū. nob i exēplū. Ps̄ Psallite dño i leticia. q̄. Choz. ix. Hilarē datorem diligit dē⁹.

Sermo lxvij. Ad idem.

Venite ad me

Voēs q̄ laborat⁹ ꝛ onerati estis. discite a me qz mitis sū ꝛ hūilis corde. ꝛ inuenietis reḡez aiabꝫ vr̄is. Mat. xi. ¶ In sūma ꝟbor apte saluator tria p ordinē ondit. Prio laborātes ad se vēire iducit. ibi. vēite. Secdo formā ip̄z imitādi eis ꝓponit. ibi. discite a me. Tercio mercedē laboris ꝛ imitatōis ip̄is ꝑmittit. ibi. ꝛ inuenietis reḡez aiabꝫ vr̄is. s. h̄ i Scia. ꝛ p⁹ morte i etna gl̃ia. De p̄mo dic. Uēite ad me oēs q̄ labo. Dicēi Hugo ꝺ sctō vic. Est labor i vicijs. reḡes i ꝟtutib⁹ M Ubi tñ scīedū. triplex ē labor. ē labor i vicijs. labor p vicijs. ꝛ labor ꝺ vicia Et ꝑm h̄ triplices sunt laborātes. oēs tñ tales ex benignitate sua vocat. ¶ Prim⁹ labor ē i vicijs. ꝛ sunt tales q̄ sic laborāt i vicijs vt eor pessima desideria ꝺpleāt. ille ē iniquus. Hiere. ix. Ut iniq̄ agerēt laborauer̄t. sic laborat sup̄bꝫ i sup̄bia. auar⁹ i auaricia. luxuriosus i carnis ꝺcupiscētijs. gulosus i crāpula. iracūd⁹ i ira. ꝛ sic ꝺ alijs. Bre. i mor̄. Quid ei i hac vita laborioſi⁹ q̄z terrēis ꝛ carnalib⁹ desiderijs estuare. aut q̄d q̄ri⁹ q̄z nihil h⁹ secli ap-

De sancto Matthia

petere. Dic ē q̄ israelitic⁹ ppl̄s custodiā sab
bati accepit munere. Exo. xx. Egipt⁹ ꝯo mł
titudie muscaꝝ fuit pcussus. Et ppl̄s q̄ dē
seq̄t hz reqez mētis. egipt⁹ ꝯo. i. mūd⁹ muscę
plen⁹. h̄ ē iniq̄tatibꝫ. Musca ē inq̄etū aial. t
sic pctōres dēsiderq̄s inq̄etāt. Eccl̄s. x. Mu
sce morientes pdūt suauitatē vngēti. i. cogita
tōes crimiose q̄ i aīa nascūt suauitatē spūs p
dere faciūt. Et si he musce. i. cogitatōes iniq
pdūt suauitatē spūs. q̄to magis ꝯba t opa
tōnes. Et sic i talibꝫ laboribꝫ laborātibꝫ iplet
illō Sap. iij. Labor eoꝝ sine fructu. imo t cū
dāno. vñ Ro. vi. Quē fructū habuistis i q̄bꝫ
nūc erubescitis. Stipēdia pcti mors. Di me
rito pñt ꝯq̄ri illō Lu. v. Per totā noctē labo
rātes nihil cepim⁹. Nocte laborat q̄ pctis i
sistit. isti nihil boni acq̄runt. q̄ tot⁹ onerosus ē
eoꝝ labor t pēnosus. Eccl̄es. x. Labor stultoꝝ
affligit eos. s. nō tm̄ i p̄senti sz etiaz i futuro.
Et iō talēs ex benignitate sua vocat ab hmōi
labore dicēs. Uenite ad me oēs q̄ labo. t one.
ratis. p̄s. xxxvij. Iniq̄tates mee sup gresse sūt
caput meū. t sic⁹ gue gue sunt sup me.
Reuera gue. q̄d gui⁹ t onerosi⁹ pctō. ipm nec
celū nec terra nec pdisus portare potuit. Ab
eo igit̄ labore pcti vocat t refectiōez p̄mittit
dicēs. Ego reficiā vos. s. h̄ sacramentali aut
spūali refectōe. t ēnq̄z celesti i futuro. Sed
heu mīme adūtūt h̄ carnales hoīes. t stulti
ores brutis se ib⁹ oñdūt. Uñ Symō ō cas
sia dic. Aialia onerifera q̄ūt iuxta nature in
stinctū opp̄mētibꝫ onerib⁹ releuari. sz hoīb⁹
nll'a onera gūiosa nisi ista q̄bꝫ se spōte onera
uerūt i aīa. nec tm̄ illa ēponere curāt. sz vt ōr
puer. ij. Relinquūt iter rectū t ambulāt vi
as tenebrosas. letāt cū malefecerit t exultāt
i rebꝫ pessimis. q̄ꝝ finis iterit⁹ ꝛc. Scōs ē
labor p vicios. s. extirpādis. Et h̄ fit i ꝑa pe
nitētia. ad quā ipe saluator hortat Lu. iij. Fa
cite fruct⁹ dignos pnie. Ro. vi. Sic exhibu
ist⁹ mēbra vra seruire imūdicie t iniq̄tati ad
iniq̄tatē. ita t nūc exhibete mēbra vra seruire iu
stitie i sctificatōez. Deut. xxv. Im mēsurā delī
cti erit plagaꝝ mod⁹. Sap. xi. Per q̄s pec
cat p hec t puniet. Apoc. xviij. Quātū glīsi
cauit se t deliciis fuis tātū date illi tormētū
t luctū. Sz heu hūc laborē mlti ꝯtēnūt po
ti⁹ volūt ee ociosi. Iō i eis suo tpe iplebit illō
p̄s. In labore hoīm n̄ sūt: iō cū hoīb⁹ nō fla
gellabūt. Blo. sz cū dēmōibꝫ Terci⁹ ē labor
ꝯ vicia. ille labor ē gl'iosus. q̄ coronat labo
rātē. iō. i. Thi. ij. Labora vt bon⁹ miles. s. ad
supplendū inimicos. t sb̄dit. Nēo ei coro
nabit nisi q̄ legitime certauerit. Iō p̄s. Uirl
lit agite t ꝯfortet cor vr̄m. t spate i dño. Ec
cl̄i. vi. Opami op⁹ vr̄m añ tps. t dabo mer
cedē i tpe suo. Oēs ḡ hmōi laborātes vocat
dicēs. Uenite ad me oēs. t h̄ q̄ ad p̄mū. M
Dixi sēdo formā imitādi ip̄z eis ꝓponit cū sb̄
dit. discite a me q̄z mitis suz t hūil' corde. Iu
ō ꝟbis dñi. Nō dic. discite mortuos suscita
re. nō demōes effugare. ñ sup mare siccū pedi
bꝰ ābulare. q̄z dic Hze. iij. mor. Scitatē ñ p
bāt sig̃ t miracla sz charitatis opa. t ḡ dic. di
scite a me. s. docere t facere. q̄z mitis sum. s. ex
teri⁹ i moribꝫ. t hūil' corde. h̄ ē ꝟitatis iteri⁹ i
mēte. ꝓpter illos ō q̄bꝫ ōr Ecc̄. xix. Est qui
neq̄ter se hūiliat t iteriora ei⁹ sunt plēa dolo
Ergo vt illi puuli ō q̄bꝫ Mat. xviij. Quicū
q̄z hūiliauerit se vt puul⁹ ille ītrabit i reg. ce.
Et his ḡ supdictis ꝟbis nob a xpo tria imi
tāda ꝓponūt. s. mititas i ꝓfatōe. hūilitas i
cognitōe. t ꝟitas i intētōe. sic ō se dicit. mitis
suz t hūil' corde. mitis sum q̄z nullū ledo. hu
mil' sum q̄z nullū ōspicio. corde q̄z nullū deci
pio. Huic sñie ꝯcordat Rab. dicēs. O
Tria a saluatore discam⁹. vt sim⁹ mites mo
ribꝫ. neminē ledam⁹. t nullū decipiam⁹. Pri
mo docz nos mititatē Piero. Mititas ē ani
mi dulcedo quā nll'a vincit amaritudo. Sic
dic Bonauē. Mititas habilitat aīm ad be
nuolētiā t ad passiōis tolerātiā t adūsitatis
patiētiā. q̄ ꝓpt iurias nō turbat nec amari
tudie cordis irritat. Meritū ei⁹ oñdit salua
tor Mat. v. dicēs. Bti mites. Aug⁹. ō vita
xp̄iana. Mites neminē ledūt nec ꝟbis nec
factis. sz oib⁹ pdesse desiderāt. p̄mū coz est.
ip̄i possidebūt terrā. ō q̄ p̄s. Credo videre bo
na dñi i terra viuētiū. Aug⁹. vbi nullū malū
erit. nullū bonū latebit. Hāc ḡ ꝟtutē a xpo
discere dēm⁹ q̄ i se ipo eādē oñdit Ipe eni mi
tis fuit ad ꝟba. ad ꝟbera et ad tormēta. vide
i pcedēti ser. P Et nota mites singl'ari
ter tria dona recipiūt a dō. Prio ꝓpatōz ab
omi ipatiētia ira t iuidia. Bocti⁹. Mititas
est sic antemurale i castro aie. oēs lapides du
roꝝ ꝟborꝝ. oēs ict⁹ iurie suscipit t i patiētia
custodit. Exemplū. sic vasa vitrea i re molli
voluūt vt a lesiōe ꝓfuēt. sic māsuetudo. Iō
Eccl̄i. x. Fili i māsuetudie tua ag̃az tuā. Se
cūdo mititas m'tiplicat gr̄az. Declarat hoc
Henric⁹ ō firmaria. Sic rosa ad pñtiā dul
cis rozis t ad seruozē sol' natural' se apit. et
ecōuerso ad frigidi vēti pñtiā seipaz claudit
ita coz hūanū ex dulcore mititatis dilatat t
ad recipiēdū diuios iflux⁹ capaci⁹ reddit. sic

ꝺr ꝑuer.xij. Mãſuetis ꝺabit gr̃az. Hre. Sic̃ ira ꝑturbat habitaculũ ſpũs. ſic mãſuetudo ꝓpat ⁊ ꝓſuat. Tercio facit poſſidere terrã. ꝺe q̃ Deu. viij. Ducet te dñs i terrã bonã lacte ⁊ melle fluẽtẽ. p qꝺ ſignificat fruitio diuitaris ⁊ hũanitatis. Hãc terrã apte dñs his q̃ mites ſunt ꝓmittit. vt ſ ꝺeclaratũ ẽ. Scꝺo voz nos ipe ſaluator vt ſim⁹ hũiles moꝛibꝫ Rabanꝰ. ſ. vt neminẽ ꝺtẽnam⁹ Aug. Si magn⁹ vis ee a mimo icipe. ſi cogitas fabcã magne celſitudis ꝓſtruere inſpice fũdamẽtũ magne hũilitatis. Hre. xxxiij. moꝛa. Ad ꝗ vnigeni⁹ ꝺei filiꝰ formã ifirmitatis nr̃e ſuſcepit. ⁊ q̃ hãc nõ ſolũ viſibil'ſz etiã ꝛeſpect⁹ appuit vt ꝛe⁹ hũil'voceret hoies ñ ee ſupbũ. Jõ Aug⁹. O hõ puderet te imitari hoiez hũilẽ ſaltem imitare hũilẽ ꝛeũ. Erubeſcat hõ ee ſupbꝫ cuz hũil'ſit ꝛe⁹. Hre. xxxviij. moꝛ. Sic̃ ſupbia ẽ oꝛigo pditõis. ita hũilitas ẽ iſtrumẽtũ nr̃e redẽptõis. Redẽptoꝛ nr̃ magn⁹ manẽs ſuper oia fact⁹ ẽ pu⁹. hoſtis ſup oia videri voluit elat⁹ ee. Ille ꝺixit. In celũ aſcẽꝺã. xps ꝛo p ꝓphaz ꝺixit. repleta ẽ mal'ania mea. et vita mea i iferno appropinq̃bit. Ille ꝺixit. ſil'is ero altiſſimo. ꝗ ꝛo p ꝓphaz ꝺixit. ſmis ſum ⁊ ñ hõ ꝛc. merito ꝺicere potuit. Diſcite a me q̃ hũil'ſuz Q. Ulteri⁹ ſcieꝺũ ml'ti ſunt gꝺ⁹ hũilitatis q̃s ꝺiſcere ꝺẽm⁹ a xpõ ſaluatore. Prim⁹ gꝺ⁹ ẽ volũtarie ſbeſſe maioꝛi. Ro. xij. Oĩs aĩa ptãtibꝫ ſblimioꝛibꝫ ſbdita ſit. Diſcite a xpõ q̃ ꝺixit Joh. viij. Que placita ſunt ei facio ſp. Joh. v. Nõ vẽi facere volũtã tẽ meã ſz ei⁹ q̃ miſit me pr̃is. Et ꝗ voluit noſ p apl'm Heb. xij. Obedite ꝓpoſitis vr̃is ipi enĩ puigilãt q̃ſi rõez reꝺꝺituri p aĩabꝫ vr̃is.

Scꝺs gꝺ⁹ ẽ ꝺ nobilitate generis nõ ſupbire. ⁊ ꝗ voluit i incarnatõne. Phil'. ij. Exinaniuit ſemetipm foꝛ. ſer. acci. Aug. Erubeſcat ſupbire hũana ifirmitas cũ ſe ꝛepſſit ꝺiuina maieſtas. Terci⁹ gꝺ⁹ ẽ ꝺ diuitijs ñ elegari Et hãc hũilitatẽ voluit in natiuitate. cũ ille cui⁹ ẽ celũ ⁊ terra elegit pauptatez pauprime natus ẽ. Lu. ij. Inuenerũt infãtẽ pãnis iuolutũ poſitũ i ꝓſepio. O ml'ti hoies oppoſituz faciũt oñꝺẽtes ſe i diuitijs ⁊ vanitatibꝫ ſuis. Quart⁹ ẽ ſe vilẽ ꝓuitoꝛẽ reputare. hũc gꝺũ voluit cũ circũcidi ⁊ i tẽplo pũtari voluit. et ſic tãq̃ pctõꝝ apparere q̃ nullũ vuln⁹ pcti habuit. tñ ligaturã vulneris nõ refugit. nob in exẽplũ. Quĩt⁹ q̃ ab alijs vilis r̃putari vult Berñ. Vere hũil'nõ vult tm̃ hũil'ꝺici ſz etiam vilis cũ ꝗ r̃putari. Hũc xps voluit i ſuo baptiſmate vbi venit ad ioh̃ez tãq̃ q̃ baptiſmo indigeret ab eo baptizari voluit ac ſi minoꝛ eo eſſz. Et nota ꝺ hac mẽtali hũiliatõne q̃ ſi q̃s ſe alijs viliozẽ r̃putat. ꝺicit ſctũs thoꝺ ꝗ merito fieri habz ⁊ in eo cognoſcit. Primo cũ videris aliq̃ꝺ bonũ in primo q̃ꝺ ⁊ te nõ ſcis hr̃e. tũc ex hũilitate ꝛebs te illi ſbijcere. Scꝺo cũ cogſcis aliquẽ ꝛefectũ i te quẽ i alio nõ cogſcis. tũc iteꝝ ex hũilitate ꝛebs te ei ſbijcere. Tercio ſi tales nõ ſcias i mãifeſto ſigno te p̃fulgere ñ poſſe ꝛebs cogitare q̃ aliq̃ꝺ bonũ lateat i eo q̃ꝺ tu ñ pcipis. Et ſic iteꝝ ꝛebs teipm viliozez r̃putare. ꝗ reuera nõnũ q̃z cuĩt q̃ q̃ſi ſe occ'lte habeat q̃ ille q̃ magne reputatiõis ẽ nõ ꝗz. Et ſic ꝺiẽ Chriſ. Qui ſe hũil'ẽ ſp indignioꝛẽ ſe alijs reputat. Sz heu aliq̃ ſunt q̃ bñ ſe viles ꝺicũt ſz reputari nolũt neq̃z audiri ꝛẽ. Et ꝗ ſp ẽ q̃ſi latẽs ſignũ ſupbie. Sextus gꝺus ẽ inferioꝛes nõ ꝓtõnere. ſz eis hũil'ꝛ ſe ſbijcere. Hãc hũilitatem xps in duodecimo ãno etatis ſue voluit cuz pentibꝫ ſuis ſbditus erat. vt Lu. ij. Deſcẽꝺit cũ eis in nazareth ⁊ erat ſubdit⁹ illis. Berñ. Quis q̃bꝫ. ꝛe⁹ hoibꝫ. cui angeli ſuiũt. cui ꝓncipat⁹ ⁊ prãtes obꝺiũt ſbditus erat marie ⁊ ioſeph hoibꝫ. Septim⁹ gꝺ⁹ ẽ hũiles homines ex coꝛde ꝺiligere. Ecci. xij. Oĩe aĩal ꝺiligit ſibi ſil'e. hũc hũilitatis gꝺũ xps voluit cũ humiles piſcatoꝛes i diſcipulos familiares ſibi elegit. vt ꝓz Mat. iij. Marci. i. ⁊ Lu. v. Octauus gꝺus ẽ honoꝛẽ impẽꝺẽ dũ fugere. hũc ꝺocuit nos tpe p̃ꝺicatõis ſue cũ ſignis et miracul' clareſceret. ⁊ iudei vellẽt eũ facere regem. Joh. vi. ipe fugit ab eis. ab ſcõꝺit ſe. noluit ſuſtinere humanũ honoꝛem ꝛc. Nonũ ſignũ hũilitatis eſt honoꝛẽ impenꝺendũ pbere. ⁊ ſic xps Marc. ix. ſurdo muto ſanato pbebat ne cui ꝺiceret. ſimiliꝫ Mat. viij. leꝛoſo curato ꝺixit. vade nemini ꝺixeris. Etiã in trãſfiguratõne. Matth. xvij. Nemi ꝺixeritis viſiõez hãc. Et ſic noſ ꝺocuit Mat. vi. Neſciat ſiniſtra tua q̃ꝺ faciat ꝛextera tua. Qui ſe laudari ꝛeſiderat ſuper bũ ſe eſſe ꝛemõſtrat. Decim⁹ gradus eſt ꝛe oblato honoꝛe colere. ⁊ ſic xps in ꝺie palmaꝝ cũ magn⁹ honoꝛ eſſet ſibi exhibitus flenit Lu. xix. et ſic noſ. Chriſ. ſup Mat. Sapiẽs dũ laudat in facie flagellat in coꝛde. Unde cimus gradus q̃n quis vilia officia exercere nõ cõtemnit. hunc gradũ chriſt⁹ ꝺocuit i pedũ ablutõne. Q, autẽ hmõi exercitia ſigna ſunt vere hũilitatis habẽt ꝛe pr̃. ꝺi. ꝗ. ſi quis. vbi ꝺicit. Exercitia humilitatis ſunt ſe ſubdere viliorib⁹ officijs. et ſic chriſtus ꝺocuit

Uñ cū discipul' suis pdes lauiſſ3 Joh. xiij. dixit. Exēplū dedi vob quēadmodū ego feci ita 7 vos faciatis. Mat. xx. Filꝰ hois ñ vēit mistrari ſ3 mistrare. Duodecimꝰ gdꝰ ē patiēter pati. otēni. Hūc gdū habuit xps. vt patz i mlris locis euāgelij. Mat. xij. Nōne est h fabri filiꝰ. Joh. viij. Testionij tuū nō ē verz. Et itez. Nōne bñdicimꝰ nos qz samaritanꝰ es 7 dēmoniū habes. nob i exēplū. Ecclī. ij. In dolore sustine. i hūilitate patiētiaz habe. Sicī igne pbaf aurz: sic hoies i camino hūiliatōis Tredecimꝰ gdꝰ ē nō solū patiēter ſz gaudēter pati. hūc gdū habuit 7 docuit in passiōe. Heb. xij. Prōpositō sibi gaudio sustinuit crucē. et apl'i Act. v. Jbāt apl'i gaudētes a ꝯspectu ꝯcilij. qm digni habiti sunt p noīe xpi ꝯtūeliā pati. sic veri hūiles. Bre. Qui gliaz ñ qrit nec ꝯtūeliā fert. Aug. Plēs sunt q volūt hūiles videri. pauci vero ōtēni. Quartusdecimꝰ gdꝰ vilē se ex corde ꝯfiteri. Isa. xlij. Narra si qd habes vt iusti ficeris. Eccli. iiij. Nō ꝯfundaris p aia tua dicere verz. Quintusdecimꝰ gdꝰ ē dolor. ſ. qñ hō ē cā sue dēstitutōis. Michee. iij. Dole 7 satage filia syon qsi parturiēs q nūc egrederis d ciuitate. 7 habitab i regiōe 7 vēies i babilonē. i. domū ꝯfusiōis 7c. Hi g sunt gdꝰ ve hūilitatis. Diony. d angelica hierar. Quanto qsqz hūlior esto tāto deo ppinquor. Amb. sup bti imaculati. Quāto qsqz abiectior in h sec'lo tāto magis exaltabit' i futuro. Nā p qt gdus hūilitatis qs descēdit p tot ibi ascēdit. Jdeo Isiō. Descēde vt ascēdas. sic saluator. Discite a me qz mitis sum 7 humilis corde 7 inuenietis requem aiabꝰ vrīs. ſ. hic et in futuro. Hic tercia pars p̄cipal' tangit. quam breuitatis causa ptermitto.

Sermo lxviij. Ad idem

Dñe qui no

st corda ostende quē elegeris. Act. i. In summa pñtis epl'e duo breuissime tāguntꝰ. Prio ponit inde puaricatio 7 eius punitio. ibi. Exurgēs petrꝰ. Scdo subiungit matthie approbatio 7 ei⁹ electio. ibi. tu dñe q nosti corda. vl' ibi. statuerūt duos 7c. Dep̄mo dicē. In diebꝰ illis. ſ. i tpe medio iter ascēsiōez dñi 7 pētheco stes. tūc exurgēs petrꝰ tāq̄z p̄ncipal' 7 caput alioz i medio fratz 7 discipuloz q tāq̄z frēs mutuo se habebant Erat aūt fere turba hoim. cxx. 7 dixit. ſ. petrꝰ. Viri frēs oportz impleri scp̄turā quā pdixit spiritus sctūs. cuiꝰ ꝓbū nō p̄t esse falsuz. qz spūs sctatis ē. p os dauid d iuda q fuit dux eoz q apphēderūt ihm q. ſ. iudas ꝯnūeratꝰ erat i nob. i. vnꝰ ex xij. apl'is. 7 sortit⁹ ē sortē ministerij huiꝰ. i. dignitatē apl'icā quā nō habuit casu vl' a sorte sz p xpi electōez. Joh. vi. Nōne ego vos. xij. elegi 7 vnꝰ ex vob est diabolꝰ. Sors ei aliqñ accipit' p pte. 7 sic accipit' h. qz i ptē apl'oz vocatus ē. Et h qdē possedit agz d mercede iniqtatis. i. possideri fecit ab alqs. qz. xxx. denarios qbꝰ xpm vēdiderat in tēplū p̄iecit. ex qbꝰ p̄nceps sacerdotuz emit agz p sepultura pegrinoz. vt hr Matt. xxvij. Cōsequenter nūc inuit causas depositōis iude. R. Ubi nota pl'ibꝰ d causꝰ plat⁹ deponi ꝯsueuit. 7 sic iudas. Prio ppt notoziū homicidiū imanitatē. i. crudelitatē. Et sic iudas malꝰ plat⁹ homicidiū ꝯmisit qñ dei filiū occidi procurauit. Et h homicidiū fuit notozium Uñ dr i textu. Et notū factū ē oibꝰ habitātibus i hierlm. Notoziū fuit homicidiū inde tribꝰ modis. Prio p p̄sumptōz violētā. Nā si fuꝰ cū inimicis capitalibꝰ dñi sui ꝯciliū secretū inuiret p̄sumeret ꝯ suū q i mortē dñi sui machinatus fuiſſ3. Inimici ei capitales xpi erāt scribe et pharisei ad qs prexit 7 ꝯciliuz cū eis iniuit. Mat. xxvi. Abiit vnꝰ ex. xij. ad p̄ncipes sacerdotū. 7 ait. Quid vultis mihi dare et ego vobis eū tradā. Scdo fuit notoriū p facti euidētiā qñ venit turba cū gladijs 7 fustibꝰ ad capiēdū ihm. tunc ñ potuit aliq tergiūsatōe celari. Tercio fuit notozū p cōfessiōez pp̄am. Mat. xxvij. Peccaui trādēs sanguinē iustū Et ista ꝯfessio facta ē i iudicō coza p̄ncipibꝰ sacerdotū 7 senioribꝰ q fuerūt iudices ppli. Scdo platus p̄t deponi propter hereticā pūitatē. Sic iudas a fide xpi puaricatus fuit. tāgit h i lra cū seqt. accipe locū misterij huiꝰ d q puaricat⁹ ē iudas. Jpe ei recessit de lumie fidei ad tenebras infidelitatis Joh xpc post suū recessum dixit Nūc clarificatus ē filiꝰ hois. Joh. xiij. Nā cū ille malus erat cū bonis sic cozuus cū colūbis. tūc collegiū apl'oz nō erat pfecte claz. 7 sic dr ibidez. Erat aūt noz qñ recessit. ad significādū infidelitatē suā. Tercio p̄t deponi ppter simoniacā pūitatez. 7 sic iudas q dedit spūale. i. xpm p tpali. Mat. xxvij. Acceperunt. xxx. argēteos pciū appciati a filꝯ isrl. h notat i textu cū dr. 7 h possedit agz d mercede iniqtatis. Nota sunt qdā diuia. ſ. spūsscti dona. vt peccatoꝝ remissio. miraculoruz operatio. et hmōi. Sunt qdā spiritualia. ſ. ecclie sacramenta.

Sūt ꝛ q̄dā spūalib⁹ annexā sic̄ iuspatronat⁹. Uēdere ḡ spūali annexū ē simonia mag. vēdere spūale puꝛ ē simonia maioꝛ. sꝫ vēdere diuia ē maxia simonia. In xp̄o aūt fuit aliq̄ totū diuinū q̄ ē ei⁹ vēitas. fuit q̄dā spirituale puꝛ q̄ ē ei⁹ aīa. Fuit q̄dā spūale annexū q̄ ē ei⁹ caro. q̄ mediāte aīa fuit annexa vēitati ꝛ ꝯiūcta. Et sic iudas vēdidit oīa. ḡ pessim⁹ simoniac⁹. ꝛ p ꝯsequ⁹ dign⁹ dānatōne ꝛ vēpositōe. sbdit. Et suspēsus crepuit medi⁹. vt pēa cozrīderet culpe. ꝛ diffusa sūt oīa viscera ei⁹. Justū erat vt viscera q̄ tātā pditionē ꝯceperāt enoꝛmiter ꝺ vētre caderent. Nec digna fuit aīa exire p os illōd q̄ nouissime xp̄m indigne tetigerat Et notū factū ē oīb⁹ habitātib⁹ i hierl'm vt appellaret ager ille achel demach. h̄ ē ager sanguis. nūc adducit scp̄turas. Scp̄tū ei⁹ in libꝛo psalmoꝛ ē. Fiat ꝯmoratio coꝛ vēpta ꝛ nō sit q̄ ihabitet i ea. ꝛ ep̄atū ei⁹ accipiet alter. h̄ scribit̄ ps. cviij. ¶ Nota psalmista tria ponit ꝺ iuda. s. vēpositōz. vēpositōis rōez. eternā punitōz. Depositiōez vbi dic̄. Fiāt dies ei⁹ pauci. Nā xp̄s elegit iudā i discipulū ꝺ mꝺo. tādē ꝺ discipl'o i apl'm. tādē ꝺ apl'atu i pcuratoꝛē. sꝫ in h̄ triplici statu fuer̄t dies ei⁹ dies pauci. ¶ Sꝫ dimiꝛē q̄ xp̄s vēi sapia q̄ nec fallere nec falli p̄t elegit iudā i ꝺsoꝛtiū discipuloꝝ ꝛ pastoꝛē ouium quē sciebat futuꝝ lupū rapacē. mirabili⁹ q̄ fecit eū apl'z quē sciebat futuꝝ pditoꝛē suū. mirabilissimū q̄ fecit eū pcuratoꝛē quē sciebat furē esse. q̄re fec̄ h̄? Rñdeꝛ. Xp̄s posuit eū i ꝺsoꝛtiū discipuloꝝ ꝛ pastoꝛē ouiū suaꝝ mltiplici rōe. Prīo ad oñdēdū q̄ i h̄ mꝺo mali sp̄ permixti cū bonis. i celo tm̄ boni sūt. i inferno tm̄ mali. De q̄ Bre. ꝛ h̄. xxiij. q. iiij hec aūt vita. vbi dic̄. Nec aūt vita q̄ iter celū ꝛ ifernū sita ē sic̄ i medio sbsistit ita vtraq̄ ptiū ciues ꝯmūit recipit. Et iteꝝ idē dic̄. xx. moza. In eccl'ia ē sic̄ i area vbi sunt tritici ꝛ palee. ¶ Scꝺa rō ad oñdēdū q̄ boni ꝓpter malos nō sunt vēserēdi. sic̄ aliq̄ temerarie iudicātes vnā totā ꝯgregatiōz puipēdūt ꝓpt vnū malū De q̄b⁹ Aug. i li. ꝺ baptismo. ꝛ h̄ xxiij. q. iij. c. quāt⁹. Quāt⁹ arrogātie tumoꝛ ē. q̄nta hūanitatis ꝛ leuitatis obliuio. q̄nta iactātia vbi q̄s se facere credat q̄ nec apl'is ꝯcessit dñs. vt ꝛzaniā a frumēto putat se posse discerneꝛe. Nō sunt ḡ vīudicādi nec sp̄nēdi. exēplo xp̄i. Joh. vi. Nonne. xij. elegi et vn⁹ ē diabol⁹. Jō Aug. ꝺ ꝓbis dñs. vt h̄. xxiij. q. iij. tu bon⁹. Tu bon⁹ tolera malu. nā xp̄s iudā quē furē sciuerat eē tolerauit et ad p̄dicādū misit. eiq̄ cū alijs eucharistiā vēdit. Idē sup Joh. ꝛ h̄ in cano vbi ꝺ. c. q̄d ergo. Quid ḡ voluit dñs nr̄ ihs frēs mei āmonere eccl'iā suā. q̄n vnū pditū iter duodeci habere voluit nisi vt malos tolerem⁹ ꝛc̄. Idcirco dic̄ Bre. ibidē i cano. c. hec aūt vita. iter cetera. Si boni estis q̄z diu i hac vita sbsistitis eq̄ nimiter tolerate malos. Nā q̄sq̄s malos nō tolerat sibīpi p intolerātiā testis ē q̄z bonus nō ē. Sꝫ q̄re voluit eū eligere i apl'm quem sciebat furē et futuꝝ pditoꝛē suū. Rō p̄ma ē vt ide bonū eliceret. Aug. i enchiridiō. Oīpotēs ⁊c⁹ cū sit summe bon⁹ ñ sinit aliq̄ malū cē i suis opib⁹ nisi bonū eliceret. Idē. Meli⁹ iudicauit ꝺ mal' bñ facere q̄z malū ñ p̄mittere. Scꝺa rō. vt vanā fiduciā amputaret. Aug⁹. Nēo secur⁹ p̄t eē i hac vita q̄ tēptatio noiat. vtrūq̄z p̄t fieri ex vēteriozi melioꝛ. et ex meliori vēteriozꝛ. Bern̄. Nusq̄z securitas frēs mei adest. Adā cecidit i padiso ꝺ loco voluptatis. Judas in mūdo ꝺ scola saluatoꝛis. Bed̄. ad eugeniū papā. Noli nimis credere affectui tuo. nihil bonū fixū aio q̄ nō negligētia et tpe aboleſcat. Idcirco .i. Choꝛin. x. Qui existiat se stare vīdeat ne cadat Jtē voluit xp̄s iudā facere pcuratoꝛē quem sciebat furē. Prīo vt tpalia ꝯtēnēda et vilia eē vēmōstraret. Bre. Lōtēptibilia ꝯtēptibilib⁹ dāt. Xp̄s eni⁹ in hac vita habuit coꝛp⁹ ꝛ aīaz. habuit mr̄ez ꝛ eccl'iaz. habuit q̄ndā p̄sonā p ex pēditōe pecunie. ea q̄ charioza habuit charioribꝫ custodib⁹ vēreliq̄t. Mr̄ez ꝛo ꝛ eccl'iam charioꝛes habuit q̄z coꝛp⁹ ꝓpriū. idcirco coꝛp⁹ suū charis custodib⁹ ioseph et nicodemo dimisit. mr̄em ꝛ eccl'iaz charioꝛib⁹. s. mr̄ez Iohānī. eccl'iaz petro tradidit. aīaz ꝛo charissimā pri ꝯmēdauit. pecuniā ꝛo ꝺptēptibilez et vilissimā reputauit quā iude ad custodiā vēdit. Scꝺa rō vt custodiā rer̄ tpaliū sig̃nter p dilectōz piculosam: picl'osam oñderet Ecce modica pecunie admīstratio fuit iude eterne dānatōis occasio. Hiero. Uis ꝯgnoscere q̄z piculosus sit amoꝛ habēdi pecuniā. Nā ille amoꝛ fecit iudā xp̄i pditoꝛē stultū mercatorē. Eccl'i. x. Nihil iniq⁹ q̄z amare pecuniā. Auar⁹ aīam suā venalē hꝫ. Eccl'i. viij. Multos pdidit auꝝ et argentū. Hiero. Qñ audimus iudā tradidisse xp̄m ꝓpter pecuniā ꝛ impiū discipulū cōdemnam⁹ ꝓpo nos gladio cōfodimus. Q ānti iude iudā dānant. Hiere. vi. A minimo vsq̄z ad maxim̄ oīes auaricie studēt. Idcirco .i. Cho. iij. Queritur inter dispēsatoꝛes q̄s fidel' inueniat̄ Lu.

xij. Quisputas fidel' fu⁹ ⁊ prudēs ¶ Nota trib⁹ modis ꝑt dispēsator ee mal⁹ ꝓ iuste rapiēdo. Abacuc. ij. Ue q̄ mltiplicat nō sua. Aug⁹. Si tenes obolū iniuste teneris a diabolo. Scdo auare retinēdo. Chrisᵖ. Dispēsatores diuitiaꝝ sum⁹ nō dñi. sic diuel de q̄ Lu. xvi. dñs fuit diuitiaꝝ. nec tñ rite dñs ꝫ poti⁹ fu⁹ et nō dispēsator. Tercio inspien ter expēdēdo. vt diues ille d̄ q̄ Luc. xij. Anīa mea epulare ꝺ mede ⁊ bibe. Ul' etiā villicus Lu. xvi. q̄ dissipauit bona dñi sui. Nos ꝙ dēm⁹ ee boni dispēsatores. nr̄a dare ⁊ nō alie na rape. ñ aliēa r̄tinere ꝫ large iptiri. Aug. Maledict⁹ dispēsator q̄ ē auar⁹ cū larg⁹ est dñs ei⁹ Ad ꝓpositū dic i textu vbi s. Epatū ei⁹ accipiet alter. Nic. de lyra. Apl'at⁹ ē epat⁹ vbi ⁊ epi successores sunt apl'oꝝ. vt dic Anacletus. ⁊ hr̄. xxi. di. i nouū. vbi dic. Apl'is ꝺcedētib⁹ i locū eoꝝ surrexer̄t epi. ꝺcide. lxx. di scipuli electi. q̄z tipum gerūt ipi sacerdotes. Sic g̃ dic. epatū. i. apl'atū ei⁹. s. iude accipiet alter. Renera alter matthias fuit a iuda: ñ tm̄ i ꝑsona ꝫ ivita. ille ꝓditor iste fidelissim⁹ p̄dicator. ille supbꝰ ist⁹ ꝓ̄ūil' ⁊ puus. ille latoꝝ ꝑcunie iste ꝺceptoꝝ toti⁹ terrene ſbe. ille a diabolo possessus iste spūsctō plen⁹. ille fili⁹ ꝓditōis iste fili⁹ etne saluatōis. ille homicidū ꝓpetratoꝝ iste aiaꝝ mortuaꝝ viuificatoꝝ. illi⁹ viscera fusa sunt ꝑ crepatōꝝ. isti⁹ viscera fūde bā' ad oēs ꝑ ꝺpassiōes. ille ꝺspauit iste ꝺfidit ꝺo. ille suspēsus manebat ad trabē. iste suspēsus erat ad cr̄ū p amoꝝes. illi⁹ guttur erat ꝺfractū ꝑ laquei nodatōꝝ. isti⁹ guttur erat apt̄ū ꝑ fidei p̄dicatōes. ille. s. iudas i aere iterūt vt essꝫ d̄ ꝺsortio ꝺmonū. iste ꝑ fidē xpi mortu⁹ fuit vt essꝫ i ꝺsortio angeloꝝ. Recte g̃ alter iudas matthias vocari meruit. Propter qđ dixi scdo sb̄ūgit matthie approbatio et ei⁹ electio. d̄ q̄ sb̄dit. Optz g̃ ex hiſ viris qui nobiscū ꝺgregati sūt i oī tpe q̄ nobiscū intrauit ⁊ exiuit dñs nr̄ ihs icipiēs a baptismate iohis vsqꝫ i diē q̄ assūpt⁹ ē a nob ꝑ ascēsiōes testē r̄surrectōis ei⁹ nobiscū fieri vnū ex istis ¶ Nota ex lr̄a elicit q̄les d̄bēt ee electores: q̄lis eligēd⁹. q̄liter sit eligēdū. ⁊ ad q̄d sit eligēd⁹. Quo ad ꝑmū vicz q̄les. R̄ndet q̄ ꝺbēt hr̄e vnitatē ⁊ ꝺcordiā. qz ꝯ fuerūt cētū ⁊ viginti viri ⁊ null⁹ discordauit. ꝫ cōi ꝺsensu ioseph ⁊ matthiā tāq̄z viros approbatos coā dño statuer̄t. Sz heu nūc vix electores ꝑlatoꝝ sunt sine discordia. Scdo ꝺbēt hr̄e diligētiā ꝓuidā. s. inq̄rēdo ⁊ nū ꝑlatū ⁊ vtilē. nō amicos. ñ ꝓpinq̄s. ⁊ sic ꝯ fecer̄t. Tercio d̄bēt hr̄e intētōꝝ rectā vt nō q̄rāt vtilitatē ipoꝝ ꝫ honorē ei. Jō nō ē respiciēda dignitas ꝑsone ꝫ ꝑsona dignitati. al's q̄rētes dignitatē ꝑsone ⁊ nō ꝑsonā dignitati sunt sil'es his q̄ ouib⁹ ꝺberēt q̄rere pastorē. ⁊ q̄z ūt ouib⁹ furē q̄ eas mactat. Quarto ꝺbēt hr̄e mētē ꝺuotā vt i minēre tpe electōis oꝝōib⁹ ꝺsistant. qz ois ptās a ꝺo ē. Rom. xiij. Sic g̃ fecer̄t sci apl'i. vñ dr̄ i textu. oꝝātes dixerūt. tu dñe q̄stē de quē elegeris. ¶ Dic scdo adūtendū qual' ꝺbeat ꝑlat⁹ esse q̄ eligēdus ē. oñdit exemplo matthie. Prio ꝺbz esse etate matur⁹. nō dr̄ esse ꝑuer. nā ibi exhis viris notat. In puero nāq̄z ē vanā lasciuia. Eccles. xi. Adolescētia ⁊ voluptas vana sunt. In pueris ē leuitas ⁊ incōstātia. Prelatus ei eligit ad sb̄ditoꝝ iformatōꝝ. iō dr̄ hr̄e moꝝ gūitatē Eligit etiā ad maloꝝ repssiōes seu reprobatōes. iō dr̄ habere ꝺstātiā ⁊ firmitatē. ad Tyt. ij. In oib⁹ p te teipm exēplū ꝺnoꝝ opꝝi ꝺctrina ⁊ integritate ⁊ gūitate. Scdo nō dr̄ esse alien⁹ ꝫ domestic⁹. notat ibi. q̄ nobiscū ꝺgregati sunt Caput ꝓpriū melius scit natura sui corpis q̄z alienū. amoꝝ enī ꝑlati d̄ collegio electi ad eccl'iam est natural'. alieni ꝙ accidental'. naturalia imutabilia sunt. accidētalia ꝙ facili mutari p̄nt. Tercio nō dr̄ esse neofitus. ⁊ notat cū dr̄. In oī tpe. In ꝑlato req̄rit experiētia. hūilitas ꝙa. ⁊ auctas reuerēda. Prelatus aūt neofitus ē inexpt⁹. iō nescit se ꝺformare q̄litatib⁹ sb̄ditoꝝ. Eccī. xxxiij. Uir in multis cogitabit mlta. q̄ nō ē exptus paucos recognoscit Etiā ꝑlatus neofitus possit fieri supbꝰ ⁊ elatus. putans q̄ eccl'ia vl' religio nō possꝫ erigi sine eo. Jō paul⁹. i. Thi. iij. Non suscipe neofitū. ne i supbia elatus in iudicū diaboli incidat. Etiā ꝑlatus neofitus possit a sb̄ditis ꝺtēni ⁊ ꝺspici. ⁊ sic sua auctas posset minui ⁊ vilificari. sic accidit Loth. cui dixer̄ sodomite Bē. xix. Recede illuc. ingressus es vt aduena nūq̄d vt nos iudicet Quarto ñ dr̄ ee iudex⁹ ꝫ ꝺct⁹. ⁊ notat i ꝯ qđ dr̄. ītrauit ⁊ exiuit iter nos dñs ihs icipiēs a baptismate iohis. Ex ꝯ patz q̄ fuit sapiēs qz doctus a doctore ꝙitatis. imo ab ipamet ꝙitate. Ab illo d̄ q̄ dicit apl's. Oēs thesauri sapiētie ⁊ scientie in eo sunt recōditi. ad Col. ij. Et sic merito eligend⁹ Alia d̄ ꝺo ꝫ q̄liter sit eligēd⁹ ⁊ ad q̄d in seq̄ntib⁹ epl'e ꝙ bis ꝺphendunt cū subdit ꝺcludendo. Et statuerūt duos Joseph qui vocabatur Barsabas qui cognominatus est iustus. et Matthiam. et oꝝātes dixerūt. Tu domine qui nosti corda

hoīm ostēdit quē elegrīs ex his duob; i locū
misterij hui⁹ z aplat⁹ō q̄ p̄uaricat⁹ ē iudas
vt abiret i locū suū. z xdert sortes eis z ceci
dit sors sup matthiā. ānūerat⁹ ē cū .xi. aplis

Sermo lxix. Ad idem

Ors cecidit su

per matthiā. z annumerat⁹ ē cum
vndecim aplis .Actuū. i. ✠

Introductio. Dicūt naturales q̄ lux de se p
ūcit splēdorē. z plēdor manifestat latētia et
occulta. vt ptz xsole ad expientiā. Spūal'r
p lucē itelligit xp̄s q̄ dicit Joh̄. viij. Ego sū
lux mūdi. z Joh̄. i. Erat lux ꝟa q̄ illuminat
oēm hoiez veniētē i hūc mūduz. Et notāter
xp̄s dr lux. qr dixit Amb. in examerō. Lux ē
pulcritudo oīs visibil' creature. z oīb; creatu
ris dat pulcritudinē. Sic xp̄s ē pulcritudo
oīm creaturaz. qr oēs creature ab ipo habēt
suā pulcritudinē. teste Ber. in soliloq̄o qui
ait. Ab ipo est q̄cq̄d habz pulcritudinis oīs
creatura et decoris. Tu solē claritate vestisti
z clarior es sole. Et subdit. Quid ē lux solis
z decor oīs creature i p̄spatōe tui nisi tenebre.
ornasti celū sideribz. celū empireū angel'. ae
ra volucribz. aquas piscibz. terrā herbis et
floribz. Sz nō ē his species neq̄ decor in tui
p̄spatōe o fons vnīuersē pulcritudis ih̄u. Ab
hac locūda luce ih̄u xp̄o p̄cessit splēdor diui
nus q̄ manifestauit suos famulos q̄s elegit.
vt legit de btō Gregorio. q̄ volēs se latuare
ne eligeret in papā. reuelat⁹ ē p lucidā colūnam e celo missam. Et sic btūs matthias vt
dicit Diony. i lib. celestis hierarchie. Splē
dor diuin⁹ affuit q̄ oīdebat ipm assumēduz
ī apl'm. z notat hic sors. de q̄ thema. In ꝟ
bis p̄missis btūs matthias a duob; omen
dat. Primo a celica electōe. ibi. sors cecidit.
Scdo ab aplica annūeratōe. ibi. annūera
tus ē cū vndecim aplis. De p̄mo dic. Sors
cecidit sup matthiā. Dicūt naturales. celuz
hz varias stellas. vt hr̄ Genes. xv. Suspice
celū z numera stellas ei⁹ si potes q. d. hoc ē
tibi impossibile q̄d soli deo possibile. ps. cxlvi.
Qui numerat multitudinē stellaꝝ. Et q̄uis
varias habz stellas inter illas hibz singula
riter septē q̄ dicunt planete. Inter illos q̄daz
influūt mitatē. vt iupter. aliq̄ iracundiā.
vt saturnus. aliq̄ h̄ūilitatē. vt ven⁹. aliq̄ in
sticiā. vt sol. aliq̄ sapiam. vt mercun⁹. ✠ A
Spūal'r. hic p celū intelligit btus matth;as
q̄ varijs ꝟtutibz ornat⁹ fuit tanq̄ septē pla
netis. q̄ ꝟtutes i lr̄is hui⁹ nois matthias pa
tēt. ✠ Pria lr̄a q̄ ornat h̄ nobile nomē est m.
z significat mititatē q̄ est ꝟtus multū laudā
da in p̄latis. qr scribit Eccl. x. Sedes ducū
superboz subūtit. z mites sedere fecit pro eis.
Idcirco xp̄s p̄lat⁹ platoz hāc p alijs vocuit
discipulos Matt. xi. Discite a me qr mitis
sum rē. ✠ Scda ꝟtus itelligit p sedaz lr̄az
scz a. z significat austeritatē vite. Chr̄is. Cir
ca vitā alioz esto benign⁹ z circa tuā auster⁹.
audiāt te hoies magna faciētē z pna mādā
tē. Et sic btūs matthias auster⁹ fuit i vita p
ꝑa. vt potuit dicere cū ap'o illō. i. Choz. ix.
Castigo corp⁹ meū z i ꝓuitutē redigo. z me
rito. qr dic ap'is. i. Chor. xv. Caro z sanguis
regnū dei possidere nō p̄nt. i. carnal'r viuētes.
Ro. viij. Qui ꝑm carnē sunt deo placere neq̄
unt. qr hr̄ Joh̄. iij. Dr⁹ spūs ē. q̄ ꝑm spiritū
viuēs deo placz. eo q̄ dr. i. Cho. ij. Alialis hō
nō p̄cipit ea q̄ spūs dei sunt. Sic etiā austeri
tas p̄tinet ad p̄latos. Dic ei Rich. de sancto
victo. Sūt q̄dā q̄ ita mites esse volūt vt de
vita sb̄ditoz nihil curāt. neminē corripiunt.
Tal' mititas nō ē laudāda. qr xp̄s p̄lat⁹ oīm
p̄latoz docuit i exēplo Lu. ix. de puo inutili
q̄ receptū talētū posuit i sudario. q̄ dicebat.
sciebā qr hō auster⁹ es. Mat. xxv. Seruum
inutilē p̄jcite in tenebras exteriores. Et sic
btūs matthias indurat⁹ dixit. Annūcio vo
bis qr viui in infernū descēdetis. z terra ape
ruit se z deglutiuit eos. vt legit in legēda. et
sic fuit alter moyses Num. xvi. q̄ dathan et
abyron rebelles terrā deglutire p̄misit. Quili
bet q̄ plat⁹ nō solū dz esse mitis sz etiā auste
r⁹. Figurat i throno salomōis. iij. Reg. x. i q̄
sculpti erāt duo leōes. vnus i apparētia z ap
paratu mitis. alter auster⁹. Et sic p̄lat⁹ mitis
esse debz bonis et rectis corde. vñ p̄s. cxxiij.
Bñfac dñe bonis z rectis corde. Auster⁹ ma
lis Exo. xxij. Maleficos ne patiaris viuere
sup terram. ✠ Tercia lr̄a hui⁹ nois ē t. et si
gnificat timorem dñi. Exo. xviij. Elige tibi
viros timētes deū. Eccl. ij. Qui timēt dñm
inuēnt q̄ bñplacita sunt ei. Talibz enī astat
dñs. ps. cxliij. Uolūtatē timentiū se faciet.
Dmōi fuit btūs matthias figuratus p ab
diā. ij. Reg. xviij. q̄ fuit ꝓceps i curia regis
Ozie regis iude. valde timebat deū. z sic ipe
Propter q̄d ps dicit. Cōstituit eū dñm do
m⁹ sue. z p̄ncipē oīs possessiōis sue. Timētes
ergo dñm debent esse p̄lati. qr timor oēm ne
gligētiā excludit. Eccles. vij. Qui timet deū
nihil negligit. Sic ergo cū ipi timerēt deuz

114

tũc timerent a pplo. Judith vlti. Qui timẽt te magni erũt apd te p oĩa. ¶ Quarta lra est h. z significat hũilitatẽ. Hec etiã ỹt9 spẽalit̃ platis ꝺuenit. Eccli. xxxij. Rectores te posuit noli extolli sz esto inter illos quasi vn9 ex illis Apls Phil. ij. In hũilitate superiores iuicez arbitrãtes. Eccl. iij. Quãto magn9es hũilia te i oĩbꝰ. Nã tales exaltẽt Lu. i. Deposuit potẽtes ꝺ sede z exal. hu. sic legit ꝺ saul. i. Reg. xv. Nõne cũ puul9 i ocul9 tuis esses caput factus es i ifrl. Et sic supbꝰ iudas deposit9 ẽ. et hũilis matthias exaltat9. imo elect9 ad celestia regna ex hũilitate cognoscit. vt dic̃ Bꝛe go. Euidẽtissimũ signũ ꝛprobꝛ ẽ supbia. electoꝛ hũilitas. ¶ Quinta lra est i. p quã significat iusticia. q̃ ẽ ỹtus. vt dicit Amb. i lib. de paꝺiso. q̃ magis alĩs ꝯ sibi ꝑdest. z vtilitates suas negligit. omnia emolimẽta ꝓponit Et illa ptinet ad platos. ꝙꝺ ꝺ Sapie. i. Diligite iusticiã q̃ iudicatis terrã. Sic etiaz dicit Exo. xviij. Elige viros q̃ diligũt iusticiam z oꝺiũt auariciã. Lyran9. Queqz bona i regno opat iusticia. Tal fuit btus matthias. ideo ꝺ eo legit illꝺ ꝑ. x. Bñdictõ dñi super caput iusti. ideo ꝺedit illi dñs ptẽ in tribuby xij. sic z nos. ps. xxxvi. Nõ vidi iustũ ꝺerelictũ. Idem. Dñe q̃s habitabit i tabernaculo tuo. Rñdet. Qui operat iusticiã i seipo. z nõ noceat alĩs nec phibeat. qz ꝺic Tulli9. Si es iust9 nõ solũ nõ noceas sz etiã nocẽtes phibeas. Hãc ỹtutẽ collaꝺat Bꝛe. z habet xij. q. ij. cũ ꝺeuotissimã. Sũmũ in rebꝰ bonũ ẽ iusticiã colere. z vnicuiq3 sua iura seruare.

Sexta lra est a. z significat amoꝛẽ. Nã reli q̃ nihil ꝑsunt sine amoꝛe. Aug. Si charitas ꝺesit cetera nihil ꝑsunt. qz ẽ forma ỹtutum. Jõ ꝺz Eph. iij. In charitate radicati z fũdati. Hilar9. Frustra est oĩs opatio nisi soli ꝺeo ꝺebeat. Sic fuit matthias i charitate ardẽs Aug. Quãto quis terrena ꝺespicit tãto diligit. Et sic ipe ꝓpter ꝺeũ oĩa ꝺereliqt. Sic ꝙ potuit ꝺicere cũ apl̃o z alĩs ꝑfectz illꝺ Matthei. xix. Ecce nos reliq̃m9 oĩa z secuti sumus te. Sic q̃ nos i charitate ꝺei ipm imitari ꝺebem9. qz ipa charitas vt dic̃ Hugo. ẽ fons ꝓꝓus ꝺe q̃ nõ cõicat alien9. Aug9. Oĩa sacramẽta hꝛe potes z malꝰ ẽ potes. cũ charitate aũt malꝰ esse nõ potes. Rõ. i. Joh. iij. Qui i charitate manet i ꝺeo manet z ꝺe9 i eo Septĩa lra est s. p quã significat sapia ꝺei. Sap. vij. Neminẽ diligit ꝺe9 nisi eũ quẽ cũ sapia inhabitat. Et hec ꝑcipue ad platos ptinet. Un puer. iij. Sapiẽtes gubernacla possiꝺebunt De hac materia potes plura q̃rere z applicare. Et quãto hic pꝺẽtiozes z doctiozes fuerint tãto plꝰ i futuꝛo fulgebũt. Deq̃ Daniel. xij. Qui docti fuerint splẽꝺebũt q̃si splꝺoꝛ firmamẽti. z q̃ al iusticiã erudiũt plurimos fulgebũt q̃si stele i ꝑpetuas eternitates. itelligę ꝺe his q̃ eruꝺiũt vita z doctria. Hoc ỹa sapiẽtia reqꝛit. Un Brego. nazanzen9. Sapia ẽ laꝺabil̃. Hãc habuit btus matthias. nec sufficiebat sibi i seipo h̃ tm hꝛe. sz plꝰ ad h̃ informauit Jdcirco a ꝺño eligẽꝺ9 z elect9 ẽ. z a nobis hodie honoꝛãꝺ9 ac glorificand9 et inuocand9.

De annunciatõe beate marie virginis Sermo lxx.

Ingressus angel9 ꝺixit ad eã. Aue gr̃a plena ꝺñs tecũ. Lu. i. Introductõ Boni rumoꝛes letificãt hoies z habẽtur in mẽoꝛia. Moꝛaliter. O q̃z boni rumoꝛes sũt hodie nũciati. sic ꝙ locũ pt habere illud. iiij. Reg. viij. Nec est ꝺies boni nũcij. si tacuerim9 sceleris reꝛimus B ¶ Reuera boni nũcij ꝺies. qz ꝺirecte hec nũciatio est ꝯ annũciatõem serpentis q̃ nobis oĩbꝰ moꝛtẽ itulit. z mala fuit multiplici rõe. Pꝛio qz fuit nũciatio ꝺubietatis reſpectu mlieris cum ꝺixit serpns Ben. iij. Cur ꝑcepit ꝺe9 vobis vt nõ comꝺeretis ꝺe oĩ ligno paꝺisi. Rñdit. ne forte moꝛiamur. Ecce illꝺ qꝺ ꝺeus posuerat i certo mlier posuit i ꝺubio. Illa ꝺubietas ꝺurauit vsqz ad ꝑm. qz hõ ꝺubi9 fuit quõ salutẽ ꝺ seq̃ ꝺeberet. Ecõtra hec annũciatio ẽ securitatis. Hodie enĩ angelus ꝺixit. noli timere maria. inueniſti enĩ gr̃am apꝺ ꝺñm Secũꝺo fuit nũciatio fallsitat̃. qz ꝺixit serpẽs Bene. iij. Tequaq̃ moꝛiemini. Ecõtra hec nũciatio ẽ ỹtat̃. qz illũ angel9 gabel nũciauit q̃ ẽ veritat. ꝺ q̃ Joh. xiiij. Ego sum via veritas et vita. ¶ Tercio fuit mala rõe moꝛtalitatis q̃ punit ex illa. Ro. v. Per vnũ hoiez pctm̃ i mũꝺũ intrauit: z p pctm̃ moꝛs. z sic i oẽs hoies moꝛs ptrãsijt. Ecõtra ex hac annũciatõe homi vita venit. Joh. x. Ego veni vt vitã habeãt Hodie ꝺñs lignũ vite. i. filium plãauit i medio paꝺisi. i. in vtero ỹginis bẽnedicte. vt m figura habet Bene. ij. sic ꝺz i. Ehoz. xv. Sicĩ aꝺã oẽs moꝛiũt. ita z i xpo viuificabũt Quarto fuit mala hec annũciatio rõe acerbitatis. fuit ei acerba vtroq3 parenti. Primo aꝺe cui ꝺictum est Bene. iij.

Maledicta terra in opere tuo. spinas & tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Scdo eue. ibidē. In dolore paries filios tuos. Ecce maledictio. Sz hodie ānūciata ē bñdictio. Bñdicta tu i mlieribus Lu. i. Ecce nūciatio bñdictois & alacritat' Aug. Hodie maledictio eue mutat' in bñdictoez marie. Ber'. Hodie reuelatū ē ois filiū per qđ mors tolleret. vita redderet & hō ō fuitute diaboli liberaret. & in pstinā dignitatē reduceret. Hodie implet illd Zacha. ij. Letare filia syō ecce vēio & habitabo i medio tui. Jdcirco canit hodie ecclia. Hec ē dies quam fecit dñs. hodie dñs afflictōem ppli sui respexit. & rdē ptōem misit. hodie mortē quā femia intulit femina fugauit. Hodie dei hō fact'. id qđ fuit pmāsit. & qđ nō erat assumpsit. ḡ exordiū nre redēptōis deuote recolam' & exultem' dicētes. glia tibi dñe. Et merito. qz vt dic Aug. Fact' ē pticeps nre hūanitatis vt eēm' ptices sue diuinitatis. Jō Alexāder sup cāti. Amor erat i orbe regnatur'. iō missus ē celestis panymph'. quasi colūba noe fact' portans ramū oliue. i. pacis et saluris. de q̄ thema. Missus ē &c. In summa euāgelij q̄t tuor p ordinē tāgūt. Prio noua legatio diuine maiestatis. ibi. missus ē. Scdo pmpta executō angelice dignitatis. ibi. ingressus angel'. Tercio mutua collocutio inq̄rēde ⁊itatis. ibi. Quō fiet istd. Quarto deuota hūiliatio ⁊ginee voluntatis. ibi. Ecce ancilla dñi. De pmo dicit. Missus ē angel'. Etiā apponit. In illo tpe. Quo ad tps quidz sunt ꝺsiderāda. vidz q̄ anno. q̄ mēse. q̄ hebdomada. qua die. q̄ hora āgel' missus ē Quo ad pmū. h ē q̄ anno. dicūt breuit scti doctores q̄ fluxis a pncipio mūdi annis q̄nq̄milibus. cxcix. In isto igit vltimo anno facta est hec legatio. Sed q̄ ad scdm. s. q̄ ad mensem dicūt q̄ in mēse martio. & allegāt illi' plesrones quas alibi repies. Sed q̄ ad terciuz. scz hebdomadā colligit ex dictis bti Aug. i. iij. de trini. q̄ vltima hebdomada pnoiati mēsis Cui' rō est pm eundē ad designandū q̄ i vltimo tpe xps icarnari voluit. s. i tpe gre. De q̄ Abacuc. ij. Apparebit in fine. si morā fecerit expecta eū. qz venies veniet. Quo ad q̄tū dicūt q̄ feria sexta qz illa die factus ē hō. Et sic merito hac die ꝺcipi & nasci debuit q̄ die regenerād' erat hō p ei' passionē. Sz q̄ ad q̄ntū. hoc ē q̄ ad horā diei. dicūt cōiter doctores. & q̄z maxime Frācisc' marōis. q̄ hora ꝺpletoriū fuit ista nūciatio incepta. sed hora matutinali fuit incarnatio celebrāta Et hoc repsentat ecclia i cāpana quā mane & vespe pulsare ordinauit ad hui' rei mēoriā Et dicūt scti doctores aliq̄ q̄ locutio angeli cū virgie durauit ab hora ꝺpletorij vsq̄z ad medium noctis. Et sufficit btō Luce ꝙ horz scribere lbs stātiā. Sic i mltis exēplis scpture habem' q̄ illa q̄ lōgissimo tpe sunt pacta breui pagina sunt dscpta. Sic scribit Sap. xviij. Duz q̄etū silētiū tenerēt oia. & nox i suo cursu iter haberet. oipotēs ſmo tu' exilies ō celo a regalibus sedibus venit. Et intelligit h etiā ad ppositū Dū enī ꝙgi bñdicte oia creata silerēt. velut cūcta i nocte latētia i ea sopita erāt. Tūc oipotēs sermo tuus. i. eternū ꝙbū prīs venit Et h potuit ee hora ꝺpletorij. Ad pposituz tn dicit apls Gal'. iij. Cum vēit plenitudo tempis. Sed diceres circa predicta. qre tādiu icarnari distulit. Rndz Tho. pte. iij. q. i. ar. vi. q̄ h fecit mltis rōibus. Prio ppter diuie iusticie manifestatōz. Nā dei iusticia vt dic Aug. nullū malū sinit ipunitū. Ut igit de' pctm ade puniret: tātos clamores sustinuit. & luct' suspiria fieri pmisit. & adā cū seqcibus suis tāto tpe expectaret i limbo. & exul existeret a padiso vt manifestarz p diuinā iusticiā nullū pctm dimitti inultum Scdo ppter pcti cognitōz. Un medicina n dat infirmis nisi se cōgscāt. mō ipi pmo non cōgnerūt infirmitatē suā. debebāt enī p' ꝺgscere q̄ nō a se sz mediāte liberatore redimi debēt. & q̄ illi' necessario indigerēt. Tercio ppt desideriū augmētatiōez. Nā dicit Ber'. Dilatio rei amate est augmētatio desiderij. Et q̄nto diuti' desideratū denegat. tāto magis desiderū augmētat. Prou. xiij. Spes q̄ differt affligit aiam. Jdcirco post clamores & magna desideria sctōz patz vēire voluit. Exodi. iij. Uidi afflictōez ppli mei. & clamorē ei' audiui. descēdā & liberabo eū. Quarto ppter bñficū incarnatōis maiorē ꝺmēdatōz. qz qđ ampli' et diuti' differt cū dat pcioſi' reputatur Et sic dic Jnno. i pmōe ō aducētu dñi. Si filius rei subito p' lapsum hois vēisset & eū reduxisset. ille videns se facile sanatū icidisset i ingratitudis viciū. & nō magno medico se idiguisse credidisset. Sic ḡ expectatione diuturna expectatōne difficultatē saluatōis ꝺgnit. ḡ &c. Quito ppt scpture impletōz. Ose. xiij. Diebus multis expectabis me. Jō dic Abacuc. ij. Apparebit i fine. i. in tpe gre. De q̄ ps. Tps misērēdi ei' venit. Et h fuit tps illd q̄ ad annū mēsem & hebdomadā. die & horā de q̄. s. audistis Tūc

c

115

De annũciatõe virginis marie

do ꝺbū dei mūdat ab erroribꝫ tenebrarꝝ. ps.
xviij. Lex dñi immaculata ꝺūtes aiaſ. Et idē
ps. cxviij. Lucerna pedibꝫ meis ꝺbū tuuz. ⁊
lumen semitis meis. Nam sicut lumē est foꝛ
marꝝ et figurarꝝ manifestatiuū. sic verbuz dei
manifestat nobis formas viciorꝫ et ꝺtutum

Unde apls ad Eph. v. Oia q̄ agnūt a lumi
ne manifestāt. Dixi scdo hortat nos ad in
se manēdū. ibi. manete in me ⁊ ego in vobis
Et sbūgit i textu dicēs. Sic palmes n̄ pō
ferre fructū a seipo nisi māserit i vite. sic nec
vos nisi i me māseritis. Nā palmes cū sepa
tur a vite pdit hūorē stipitis ⁊ eiꝰ pinguedi
nē. sic hō sepatꝰ a xpo pdit dei grāz. ⁊ subdit.
Ego sum vitis ⁊ vos palmites. Augꝰ. Sic
vniꝰ nature sunt vitis ⁊ palmes. sic xpus fin
hūanitatē nobiscū. vñ Ps. lxxix. Extendit
palmites suos vsqz ad mare. Tūc oñdit q̄
masio xpi sit necaria hoi vt fructificet dicēs.
Qui manet i me ⁊ ego i eo hic fert fruc. ml'tū
F Nota manere i xpo dēmꝰ tripl'r. Prio
p fidei itegritatē. scdo p spei securitatē. tercio
p charitatis puritatē Prio manere dēmꝰ i
xpo p fidei itegritatē. i. Joh. iij. Si q̄s ꝺfes-
sus fuerit q̄ xps ē filiꝰ dei i eo manet. Et hꝰ p
fidē qua carēt iudei ⁊ pagani. qz raro ē here
sis q̄n aliquē articulū fidei credat. Athana-
siꝰ Nec ē fides catholica tē. Hāc fidē bñ ha
bemꝰ si ipam ope implemꝰ. qz fides sine opi-
bus mortua ē. Jaco. ij. Si estis i fide vos p
bate. ij. Chor. vl. scz p opa. qz aliq̄ ꝺfitent se
nosse deū ore. factis aūt negāt. ad Titum. i.
Uñ Hiero. Quotiēscūq̄ q̄s mortal'r peccat
totiēs deū negat. Talibꝫ enim dr Eccl. xxix.
Cōfirma ꝺbū ⁊ fidel'r age cū illo. ⁊ oīm tpe
inuenies qđ tibi necessariū ē. De hac fide di
cit Bre. Liquet qz fides illaz rez argumē-
tū est q̄ apparere nō pnt. q̄ enī apparēt fidē n̄
habēt sz agnitōez. Scdo p spei securitatez
Uñ Judith. viij. Nos aliū deū nescimꝰ ꝑter
te deū i q̄ sperāꝰ. Nec ē q̄ nō ꝺfundit. apls ad
Ro. v. Et hꝰ ppter sui securitatē. Blo. Con-
fundit q̄ qđ sperat nō inuēit. Sic sperauit go
lias in fortitudine sua. iō ꝺfusus est. qz i fun
da reiectus. Sic et lucifer spauit i sapia ⁊ in
fortitudine et pulcritudie sua ꝺfusus ē. qz
piectꝰ est ad pfundū luti. Aug. Putabāt se
esse excelsos cū sideribꝫ et fulgidos. ⁊ ecce rue
rūt in terrā. vñ picrūt ⁊ difformes facti sunt
Sic diues ille q̄ spem posuit i diuitijs. i hor
reis ampliatis et ānis plūmis ꝺfusus ē. quia
mor diuitijs ⁊ vita ꝑuatus ē. Aug. Quid i
rebꝫ hūanis certiꝰ morte. q̄d hora mortis in
certiꝰ inuenit. nō miseret sopi. nō pereat diuitijs.
iuuenibꝫ nō parcit. nō senibꝫ ipa parcit eta-
ti. nisi q̄ senibꝫ ē i ianuis. iuuenibꝫ i insidijs.
Sz ps. xxi. dicit. Dñe i te spauerūt pres nri
⁊ nō sunt ꝺfusi. Tercio in deo debemus ma
nere per charitatis puritatem. i. Johan. iiij.

Deus charitas est. ⁊ q̄ manet in charitate ⁊c. ℙ nobilis charitas. quā q̄ habet ꝺ̄us habet. De hac Aug. Et eius affectib⁹ fac me cognoscere ꝑ amorē. sequit. Quia ꝑ cognitiōez fame mozis languet aīa mea. refocilla eam. satiat eā dilectio tua. īpleat eā amor tu⁹. Hic amor pur⁹ esse ꝺebet. vt sez ꝺ̄us amet ꝓpter se. nō ꝓpter tpalia vel spūalia. Qui aūt aliter amauerit audiat qđ dicit Aug⁹. Ue aīe te ꝺ̄um nō querēti. te nō amāti. q̄ si te nō diligit ꝑccatis seruit. nunq̄z quieta. nunq̄z secura. nil queso sine te dulcescat mihi. nil placeat ꝑciosum. vile sit oīe ꝑter te. qđ tibi est aduersum mihi sit molestū. ꝺedet gaudere sine te. ꝺelectat gaudere. flere tecū. ꝓtristari ꝓpter te. sit nomē tuum mihi refocillatio. memoria ꝫ solatio. si ꝑcca ta mea ꝓhibent. si ꝺelicta mea excludāt. tñ natura cōmunis nō repellit. Multa em̄ sūt mouentia ad dilectionē ꝺei. sicut ei⁹ bñficia spūalia. corpalia. tpalia. Aug⁹. Celū ⁊ terra ⁊ oīa que ī eis sunt dicūt mihi vt amem te ꝺe⁹ me⁹. Sz ista sunt tanq̄z incitamēta ad purū amorem. Unꝫ Bern. sup Cañ. Causa diligēdi ꝺe⁹ est. Tulli⁹. Eos tanq̄z ꝑcora diligim⁹ quos nō ꝓpter te sed ꝓpter vsum diligim⁹. Talis amor est carnis. q̄z eos ꝓpter carnē diligunt.

¶ Nota sup isto ꝙ ꝺo. hic fert fructū multuz. n sufficit pluralitas fructuū. nisi etiā assit bonitas. ℍ ¶ Jō sciendū ad bonitatē fructꝰ requirunt multe ꝫditōes. Primū est maturitas. nā fructꝰ ꝺebet esse tempestiuꝰ. zeytig. ⁊ sic fructꝰ boni opis ꝺebet fieri tpe ꝫ gruo Eccl. iij. Fili obserua tps. Et apl'us ad Gal'. vi. Duz tempꝰ habem⁹ opemur bonū. ⁊ h̄ est pñs tps. vñ. q̄. ad Ebꝛ. vi. Ecce nūc tps acceptabile Nō em̄ spectandū est ad tps senectutis. Bern. Infelix hō qui offert flozē in uētutis diabolo. ⁊ fecem senectutis ꝺ̄o. Dicit ꝑ cū ꝑs. lviij. Fortitudinē meā ad te custodiā. Sz heu ꝺe multis ꝺq̄rit Hiere. viij. c. Milu⁹ in celo cognouit tps suū. hyrūdo ⁊ ciconia custodierūt aduentū tpis sui. ppl's aūt me⁹ nō cognouit iudiciū ꝺñi. ¶ Scꝺo req̄rit integritas. s. intus ⁊ extra. nō interi⁹ putridus. exteri⁹ pulcer. vt ypocrite q̄ sunt vt sepulcra ꝺealbata. Matth. xxiij. De quib⁹. ij. ad Thimo. iij. Speciē pietatis hñtes. pietatez abnegātes. Habet nāq̄z in can. lxxxiij. ꝺi. nemo. Nemo in eccl'ia sctā ampli⁹ nocet q̄z nomē sanctitatis hñs ⁊ puerse agens. ¶ Tertiū est odoris suauitas. Eccl'i. xxiij. Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris. i. bone fame. Licet ei ꝓpter se sufficiat puritas ꝫ scie. tñ ad primuz req̄rit odoz bone fame. q̄z dicit Aug⁹. Cōsciētia est nob necessaria. fama ꝓximis. xij. q. i. c. nolo. Qui ꝫfidit ꝫscientie ⁊ negligit famā crudelis est. ad Ro. xij. Prouidentes bona non tm̄ coram ꝺo. sed etiā coram oib⁹ hoib⁹. Jdeo ꝺr Apoc. vlt. Qui sanct⁹ ē sanctificet adhuc. q̄ est interi⁹ exerceat exteri⁹. ¶ Quartū est sapoꝛis bonitas. i. dulcedo in animo. ad Heb. xij. Cōtemplantes ne radix amaritudinis sursum germinās impediat. vt aliq̄ in seipsis sunt amari alios turbātes. Cōtra q̄s apl's Eph. iij. Omnis amaritudo ⁊ indignatio tollat a vobis. ¶ Quintū est vtilitas vt non sit ociosa. Ezech. xxvij. Et erunt fructꝰ ei⁹ in cibū. ⁊ folia ei⁹ in medicinā. i. Thi. iij. Exemplar esto fidelib⁹ in omni cōuersatione. Sen̄. Sermo tu⁹ nō sit inanis. Mat. v. Sic luceat lux vra coram hoib⁹ ⁊c. ¶ Sextū est durabilitas. ⁊ sic nos Lu. i. Insanctitate ⁊ iustitia seruiam⁹ ꝺomino. Chriſ. Tolle ꝑseuerantiā. nullū obsequiū h̄z mercedem. Sz timeo aliq̄ sunt mittētes manū ad aratrū sanctitatis incipiētes colere viā ꝺñi et respiciunt retro. ⁊ sic putrescūt in futuro. Exemplū. Quedā aīa apparuit vni sancto viro q̄ hic a ꝺeo obtinuit vt ei appareret. interroga uit sanctū virū dicēs. Uiuit ne aliq̄s in mūdo. At ille. cur interrogas. Rñdit. Tantā vidi multitudinē ꝺescendentē in infernū vt aliquē in mūdo esse ꝺubitaui. Bze. Incassum bonū agit si ante vite terminuz ꝺeserat. Jdeo Mat. x. ⁊. xxiij. Qui ꝑseuerauerit vsq̄z in finem h̄ saluus erit. ⁊ Apoc. ij. Esto fidelis vsq̄z ad mortem ⁊ ꝺabo tibi coronaz vite. s. eterne. Ad quā ꝑducat nos ⁊c.

De sancto Marco.
Sermo lxxiij.

¶ Justus quasi leo confidens absq̄z terroꝛe erit ꝓuer. xxviij. ℍ ¶ Nota vita iustoꝛ compaꝛ ꝓprietatib⁹ leonis. Primo leo habet generositatē. q̄z est rex aīaliū. ⁊ sic iustiozes sunt generosiozes. Jō Chriſ. et habet ꝑl. di. q̄cunq̄z. Unusquisq̄z festinat quō appareat maioꝛ. nō qui maioꝛ iustioꝛ. sed q̄ iustioꝛ maioꝛ est ⁊ dignioꝛ. Sen̄. Generosissim⁹ est qui optim⁹ est. Jdeo B. Summū bonuz em̄ in reb⁹ est iusticiā colere. ⁊ qđ equū est custodire. Scꝺo leo habet pietatē. q̄z cibū suuz nō solitarie comedit. sz alīs aīalib⁹ diuidit. ⁊ sic iusti. Bzego. Uera iusticia cō passionem habet. Chriſ. Justicia sine misericoꝛdia crude

litas est. Tulli⁹. Si iust⁹ es nō solū nō noce/as sed etiā innocētib⁹ ꝺdoleas. Tertio leo hz animositatē. ꝛ sic iust⁹ hz ꝺfidentiaz vt a deo nō ꝛelinquet in vita. in morte. ꝛ post mortē. In vita. ps. xxxvi. Nō vidi iustū ꝛelictuz. In morte Sap. iij. Justoꝝ aie in manu dei sunt. Amb. Nunq̄z iust⁹ solus est q̄z deus cuz eo. Aug⁹. Si iust⁹ essem nō timerē. Prou. x. Expectatio iustoꝝ leticia. Glo. Ruperti hol/got. Fides i ꝓtectiōe dei nō tāget tormēta malicie. Sap. iij. Just⁹ si morte ꝓoccupat⁹ fuerit aia eius in refrigerio erit. qz iusticia eruit a morte. iuxta illꝺ Prou. xi. Diuitie ñ ꝓderunt i die vltōis. q̄z iusticia liberabit a morte. Etiā post mortē. qz ducit ad regnū. Deq̄ ps. xiij. Dñe q̄s habitabit i tabernaculo tuo. Rñdet. q̄ opat iusticiā. Jō ps. cv. Beati q̄ custodiūt iudiciū ꝛ faciūt iusticiā in oi tpe. Nā iusticia ꝓducit hoiem ad viā vite. iuxta illꝺ Sap. i. Justū ꝺduxit dñs p vias rectas. ꝛ ondit illi regnū dei. Quarto leo hz timoꝛositatē. s. cum videt catulū ꝺterari coꝛā se. Sic ꝺe iust⁹ hz dei timoꝛē. qz scribit Eccli. i. Qui sine timore est nō ꝓterit iustificari. Nā talis nō hz ꝓseuerentiā iusticie. De quo Chrys. Facile diuertit a iusticia q̄ nō timet deū q̄z hoiem. qz timoꝛ hoīm ꝺfert. sed nō aufert volūtatē male faciendi. Jdeo iust⁹ vbi de eis scribit semp timoꝛ dñi adūcit. vt ptz ꝺ Job. c. i. Erat vir iustus ac timēs deū. Silr Luc. ij. Symeon erat vir iustus ac timoꝛat⁹. Quinto q̄uis leo sit aial forte. tñ patit infirmitatē. vt dicit Plinius. qz febres quartanas rōne caliditat⁹. ꝛ etiā vt ferocitas edomet. Et sic vir iust⁹ oꝓtet vt habeat tribulatōes. iuxta illud ps. xxxiij. Multe tribulatōes iustoꝝ. vt dicit Gre. in moral. Legim⁹ iob in sterq̄linio. iobꝫ ꝺcollatum gladio. petrū in patibulo. hec oīa ꝓmittit ꝺ⁹ sup iustos vt ꝓbent. Deq̄ Thob. xij. Quia accept⁹ eras deo necesse fuit vt temptatio ꝓbaret te. ꝛ sicut leo patit vt sua ferocitas edomet. sic vt dicit Cassio. sup ps. Deꝰ iustos flagellat ne ꝺ iusticia supbiant. Sic flagellatus ē apl⁹us. ij. ad Choꝝ. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee angelus sathane. Nā tribulatio generalis est oīb⁹ iustis. vt dicit Hiero. Quis sanctoꝝ sine tribulatōe coꝛonat⁹ est. q. d. nullus. Et sic beat⁹ Marc⁹ licet fortis fuit. silr ꝛ Georgius vt leo. passus est tñ infirmitatem tribulationis ꝛ mort'. vt ptz in legenda.

Sermo lxxiij
Ad idem.

Similis factus est leoni in opib⁹ suis. i. Mach. iij. Gre. dicit. Quia natura vniuscuiusq̄z ex diuīsis cōponit. iō ꝓ ipsaz aliq̄n diuersa ꝺsignant. vt exēplificat ꝺ leone q̄ hz ꝟtutem. habet ꝛ seuiciā. ex virtute significat xp̄m ꝛ hominē iustū. Prio significat xp̄m deum q̄ habet ꝟtutē ex natura. Scdo significat hoiem iustū q̄ habet ꝟtutē ex gra. Tertio diabolū ex seuicia. De ꝓmo q̄ xp̄m significat. legit Apocal. v. Ecce vicit leo ꝺ tribu iuda. Nā xp̄s in resurrectiōe habet se vt leo. vt dic Jsid. Nam sicut leo est aial potens ꝛ forte. et sic xp̄us in resurrectiōe magnā exhibuit fortitudinem ꝛ potentiā. Deq̄ Joh. x. Potestatē habeo sumēdi aiam meā ꝛ iteꝝ ponendi eā. ꝛ Mat. vl. Data est mihi oīs ptās in celo ꝛ in terra. Scdo xp̄us habuit se vt leo in resurrectione ꝓpter tps ꝛ modū. qz dicit Jsido. Leo nat⁹ dormit tribꝰ diebꝰ ꝛ excitat rugitu. et sic christ⁹ tertia die a morte resuscitat⁹. vñ Ben. xlix. Requiescēs accubuisti vt leo. s. in sepulcro Scdo leo significat hoiem iustū. vt patet in p̄cedenti ꝟmone. Justus quasi leo confidens Prou. xxviij. Tertio leo ex seuicia significat diabolū. i. Pe. v. Vigilate frēs. qz aduersari⁹ vester diabolus tanq̄z leo rugiens circuit querens quē deuoret. Et q̄rto leo significat beatū Marcū. ꝛ h̄ in multis. Prio rōne ꝺ scriptōis euāgelice. Scdo rōne dignitatis et excellentie. Tertio rōne fortitudinis ꝛ ꝟstantie. Dixi ꝓmo q̄ leonē intelligit beat⁹ marcus rōne ꝺscriptōis euāgelice. qz sicut leo in deserto nascit ꝛ pascit. sic beat⁹ marcus in ꝓncipio ꝺscriptionis euāgelice seu euāgelij sui mox ꝺducit iohem in deserto rugientē. cū dicit. Vox clamātis in deserto. ꝛ fuit iohes in deserto p̄dicans baptismū pnie. Et post hec statim subiūgit christū dimicantē ꝟtra diabolū in deserto. Silr marc⁹ in medio Mar. viij. ꝺscribit quō christ⁹ pauit q̄ttuoꝛ milia hoīm septem panib⁹ ꝛ paucis piscib⁹. Jteꝝ in fine euāgelij introducit patrē filiū suscitantez. sicut leo ad sui clamorē excitat leunculos. sic p̄ tertia die suscitauit filiū. Scdo beat⁹ marc⁹ cōpat leoni rōne fortitudinis ꝛ ꝟstātie. qz leo est aial forte i aggrediēdo. Et sic beat⁹ marc⁹ fortiter tormētis se exposuit. Nā habuit fortitudinez ꝟitatis. De q̄. ij. Esdre. viij. Sup oīa vincit veritas. vt ꝺ eo potuit verificari illud p̄s. lx. Scuto circūdabit te ꝟitas ei⁹. ꝛ ñ timebis a

timore nocturno. Itē habuit fortitudinē cha
tatis. de q̄ Bern. Fortis virtus charitas. de q̄
apl's. i. Thor. xiij. Charitas oia suffert. ita vt
scribit Lan. viij. Aque multe nō potuerunt ex
tinguere charitatē meā. i. multe tribulatiōes.
q̄ fortis ē vt mors dilectio. Tertio beat⁹ mar
tus compat leoni rōne dignitatis ⁊ excellen
tie. nam leo grece dr rex latine. Sic ipse tanq̄
rex fuit excellētis dignitatis. q̄ de tribu leui q̄
dignior fuit tribub⁹. Fuit ēm patriarcha euā
gelista ⁊ ppheta. Nā ex corruptōe calciamē
ti sui intellexit ⁊ ppheti saunt corruptionē sui
corpis. Etiā fuit martyr. Dicit nanq̄ Aug⁹.
Nō pena sz cā facit martyrē. ¶ Pro quo
nota circa cām q̄ facit martyrē pōt esse multi
plex. Pria cū q̄s patit p defensiōe fidei catho
lice. ⁊ sic btūs marc⁹ ⁊ apl'i ⁊ alij martyres. de
apl'is Heb. xi. Lēptati sunt. lapidati sūt. oc
cisi sunt p xpo. Et sbdit cām. Testimonio fi
dei pbati sunt. Tales oēs ꝺe dici merēt mar
tyres. ⁊ digni sunt celesti pmio. vt hr in can.
xxiij. q. viij. omni timore. vbi dicit Leo papa
Omni timore depposito q̄ ꝺ inimicos sancte fi
dei agit. ⁊ adūsarios oim religionū agere vi
riliter studeat. si q̄s moriet celeste pmū ꝺsequ
tur. q̄lis fuit btūs marc⁹. Scda cā martyrij ē
qñ q̄s patit p defensione ꝟitat⁹ vite ⁊ iusticie.
vt sctūs iohes baptista q̄ arguebat herodem
de incestu. Ꝺ impletū ē in eo illd Eccli. xlix.
Male tractauerūt eū q̄ de vtero mris ꝺsecra
tus ē ppha. Et sic nos pati debem⁹ p veritate
vite ⁊ iusticie. Qd cōmēdat Aug⁹. ⁊ hr. xi. q.
iij. c. nemo. Melius est p ꝟitate pati suppliciū
q̄z p adulatōe ꝺseq̄ bnficiū. Tertia cā marty
rij qñ q̄s patit p defensione libertat⁹ eccl'ie. sic
beat⁹ Tho. cantuarien⁹ passus ē. q̄ potuit di
cere h. ps. lxviij. Zelus dom⁹ tue comedit me.
Quarta cā que facit martyrez. qñ q̄s patit p
obediētia mris eccl'e. vt btūs laurēti⁹ ex iussu
sixti pape distribuit thesauros eccl'ie. ⁊ hūl'r
obediuit. ⁊ fidez negare noluit. Et sic duplici
de cā fuit martyr. Nā btūs tho. dicit in. q̄. ij.
q. xxiij. ar. v. q̄ oia opa ꝟtutū fm q̄ referunt
in deū sūt q̄dā ptestatiōes fidei. ⁊ sic pōt ee cā
martyrij. Et sic q̄cūq̄ patit p bono ope facie
do bona vl' mala vitādo est martyr ppt deū.
¶ Attn sciendū q̄ dicit Cyprian⁹. Ad p
fectū martyrij req̄runt q̄tuor. Pro fiducia
in corde. q̄ corde credit ad iusticiā. ad Ro. x.
Scdo req̄rit ꝺstantia in fmone ⁊ cōfessione. q̄
ore fit ꝺfessio ad salutē. Ibidez. Tertio req̄rit
pseuerātia in ope. vt cūcta psentia ꝺtemnere.
ꝺsanguineos. bona tpalia. ⁊ honores pentes
paruipendere. Juxta illud Job. ij. Pellem p
pelle. et oia q̄ hz hō dabit p aia sua. Quarto
req̄rit patientia in morte. Un san. Tho. ij. ij.
q. cxxiij. ar. iij. Ad pfectū martyrij nō solū req̄
rit tolerātia carceris vel exilij. aut rapina bo
noz tpaliū. nisi forte ex his sequit mors. Sz
heu sunt alij ꝺfitētes deū ⁊ veritatē fidei. sed
postq̄ venerint ad passionez exilij vel rapine
tūc resiliūt. De q̄b ꝟificat illud apl'i ad Thi
tū. i. Cōfitent se nosse deū ꝟbis. factis aūt ne
gāt. Qual' nō fuit sctūs marc⁹. sz fortit pseue
rauit. sic ⁊ nos Mat. x. Qui pseuerauerit vs
q̄z in finē h salu⁹ erit. Nā dicit Aug. Maior
honor deo ⁊ sanctis ei⁹ nō poterit exhiberi q̄z vt
studeam⁹ eos imitari. q̄ dī. Chrys. sup mat.
Que iusticia est sctōs colere ⁊ sanctitatē spēr
nere. q. ꝺ. nulla. Ideo q̄liter sanctitas eius
est imitanda. patet in eius legenda.

De sanctis Philippo ⁊ Jacobo
Sermo lxxv

Non turbetur

cor vrm neq̄z formidet. Joh. x
iij. ⁊ legit hodierno die p euan
gelicali officio. ¶ Dicit phus in de ani
malib⁹. Alia parua habētia magna corda
natural'r sunt timida. sicut lepores et mures.
Rō. q̄ calor naturalis nō pt iplere tā magnuz
cor. sicut videm⁹ de igne q̄ cit⁹ calefacit cuba
nū puū q̄z magnū. ⁊ sic magnū cor est frigidi⁹
⁊ p ꝺsequēs timorosi⁹. Spūal'r. sic homo ha
bens magnū affectū ad tpalia ⁊ terrena est ti
morosus ꝺ vicia ⁊ ad spūalia exercēda. ps. lij.
Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Sz
hūs paruū affectū ad terrena ē fortis ad cele
stia ⁊ ad spūalia exercenda. De quo Bre. xix.
moral'. Omnes hui⁹ seculi amatores ī terre
nis reb⁹ sunt fortes. in celestib⁹ vero debiles.
Nā p terrena gl'ia vsq̄ ad mortē desudare ap
petūt. sz p spūali nihil pati pūt. timētes pde
re tpalia ⁊ nō eterna. de talib⁹ scribit Job. vi.
Qui timet pruinā cadet sup eum nix. Qui ti
met paruā penaz tpalem cadet in eternā. Ꝺ
Mat. x. Nolite timere eos q̄ occidunt corp⁹
qd̄ etiā vult dūs in ꝟbis pmissis di. Nō tur
bet cor vrm ⁊c. ¶ In summa euāgelij duo in
nuunt. Pro timorosa remotio directe turba
tionis. ibi. Non turbet. Scdo subiungit di
uersa māsio celice habitatōnis. ibi. In domo
patris mei mansiones multe sunt. De primo
dicit. In illo tempe. sez post cenam cuz dixit
christus discipulis de eius traditione et petri

122

negatione ⁊ de eoꝝ fuga. tūc discipuli fuerunt turbati. Ideo saluator ꝛ solabat eos di. Non turbet ⁊c. ¶ Pro q̄ sciēdū. turbatio est triplex. prima laudabilis. secūda tolerabilis. tertia vitupabilis. Prima est laudabilis. s. cū homo turbat de pctis. De qua ps. xlvij. Ipsi vidētes. s. peccata turbati sunt. cōmoti sunt. tremor apphēdit eos. Illa est bona turbatio. qz signū salutis. De q̄ aplus. ij. ad Chor. vij. Gaudeo ppt vos. qz ꝛ tristati est, ad pniam. Nā hec turbatio ⁊ tristicia delet vicia. Unde Iero. Nulla culpa delet nisi tristicia anxiet. Hoc ꝛ sideras dauid dicit in ps. Cōturbata sunt oia ossa mea a facie pcōꝝ meoꝝ. Nā sic turbat oculus collirio vt clarī⁹ videat. sic turbatio de pctis ⁊ de offensione dei pducit hoiez ad claritatem visionis diuine. Un apl's. ij. Chor. vij. Que fm deū est tristicia pniaz in salutē stabilē opat. Secūda turbatio est tolerabilis. s. de morte. q̄ dū fit fm imperiū rōnis et nō ꝓtra imperiū. tūc est tolerabilis. vt dicit Damas. Si vero pgredit vsq̄ ad pturbationē rōnis ⁊ a sua rectitudine. tūc pōt fieri vituperabilis. vt dicit poeta. Qui mortem metuit amittit gaudia vite. qz est signū q̄ diligit nimiū p̄sentē vitaz. qđ phibet. i. Joh. ij. Nolite diligere mundū. Nā licet naturale est timere mortē. debet tm fieri fm imperiū rōnis ⁊ nō cōtra rōnez. Et sic de morte ⁊ recessu mgri turbatio erat in discipulis. Un Symon de cassia. Que causa maior turbatōis ⁊ tristicie q̄z separari a dilecto. q̄ n̄ pōt falli nec fallere. Tertia turbatio est vitupabilis. s. p amissione rei tpalis in sollicitudine auaricie. vn̄ ps. cvi. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius. ⁊ omnis sapiētia eoꝝ deuorata ē. Nā tales st q̄si attoniti in rōne. Un Prou. xv. Cōturbat domū suā q̄ sectat auaricia. nā tales nō quiescūt in mentibꝫ eoꝝ. Un Iere. xlviij. Turbati sunt in mari. p̄ sollicitudine q̄escere nō potuerūt. Nā vt dicit Tulli⁹. Tota vita auari hoīs est plena miserie ⁊ doloris. Nā sicut fons turbat pede vt nō resplendeat imago. sic turbatio auaricie obfuscat claritatē rōnis. Talē turbatiōz habuit ille iuuenis cui dixit dñs Mat. xix. Si vis pfect⁹ esse vende oia que habes et da paupibꝫ ⁊ veni seq̄re me. Ille aūt tristis abijt erat em̄ multas hns diuitias. Ideo apl's. ij. Chor. vij. Seculi tristicia morte opat. Nā est signū q̄ tales pl⁹ diligūt tpalia q̄z eterna. ppt qđ dicit ihs fili⁹ syrach. Eccli. xxx. Tristiciā lōge repelle a te, multos occidit tristicia ⁊ nō est vtilitas in illa. Itē turbatio vitupabilis nō solū oꝛit ex auaricia ⁊ sollicitudine. sz etiā oꝛit ex indiscreto p̄cepto prelatoꝝ. Un de saul dixit Jonathas. i. Re. xiij. Pr̄ me⁹ turbauit terrā. qz p̄cepit q̄ nemo gustaret cibuz vsq̄ ad vesp̄as. Et sic erāt attenuati q̄ nō poterāt psequi inimicos. Saul interpetat abutens. sic qui ptāte abutit mala ml'ta in cōmunitate opat. ⁊ sic fecit dauid. ij. Re. xxiij. qui misit numerare ppl'm. ppter qđ dns misit pestilentiā in isrl' de mane vsq̄ ad tempus cōstitutum. mortui sunt ex ppl'o a dan vsq̄ ad bersabee septuaginta milia viroꝝ. Nā dicit apl's ij. Chor. vi. de platis. Dedi eis ptātem in edificationē ⁊ nō in turbationē ⁊ in destructionē. Qualē turbationē in cōmunitate fecit achab vt dixit helyas regi achab. iij. Re. xviij. Nō ego turbaui isrl'. sz tu ⁊ dom⁹ p̄ris tui q̄ dereliquisti viā dñi. ¶ Tertio turbatio vitupabil' etiā causat ex inobedientia subditoꝝ. ⁊ sic totus exercit⁹ turbatus est ppter furtū achioꝝ. Josue. vij. cui dictum est. Quia turbasti nos ꝓturbet te dns. Et sic hodie ppter inobedientiam mādatoꝝ dei turbat cōmunitas. Unde Eccli. xxviij. Ur peccatoꝛ turbat amicos. Quarto tal' turbatio oꝛit ex ꝓbis bilinguis. ml'tos pturbat pacē hñtes bilinguū ⁊ susurrium. vñ Eccl. xxviij. Susurriū ⁊ bilinguū ml'tos pturbāt pacē hñtes. Ciuitates muratas diuitū destruxit. Et sbdit. Brūs q̄ rectus est a lingua nequā. ¶ Quito tal' turbatio oꝛit ex ptinacia. i. kriegkheyt. nō Eccl. xi. Attende tibi a pestifero. fabricat em̄ mala. i. ppriū sensum habet. Jō ibidē dr. De ea re q̄ tenō molestat ne certaueris. Nā sicut a scintilla vna egreditur ignis. sic ab vno volo augetur sanguis. Tūc subdit. Nec̄ formidet. s. amissionē terrenā. ps. xlviij. Ne timueris cū hō fact⁹ fuerit diues. ⁊ cū ml'tiplicata fuerit gl'ia domus ei⁹. q̄m cū interierit nō sumet oia. nec descēdet cū eo gl'ia ei⁹. Alia ei⁹ in vita bñdicet sz in futuro nō. Nec̄ formidet. s. psecutiōz. ij. Thi. iij. Oēs q̄ pie volūt viuere in xp̄o psecutionē patiunt. Dicit nanc̄ Greg. Cum cognosco iob pnā pati in sterquilinio. Joh̄em eiurientem in deserto. petrū extēsum in patibulo. iacobū decollatū gladio. cogito q̄liter de⁹ in iudicio cruciabit reprobos q̄ ita affligit suos electos. Tūc subdit. Creditis in deū ⁊ in me credite. q. d. fm Chris. Si turbamini ppter formā serui. i. humanitatē quā timetis p mortē pire. nō turbemini ppter meam deitatē. qz ⁊ si moriar vt hō resurgā. qz de⁹ sum. q̄ etiaz post tribulationē ⁊ mortez remunerare ⁊ letificare

possuz. Nota ponit fidē remediū ꝓtra turbationē. qz fides purgat oculū cordis. Act. xv. Fide purificans corda eoz. Dicit Hiero. Fides clarificat z serenat vt appareāt pericula q̄ in tribulatōe latebāt. ¶ Nota ſm Aug. sup Joh. z sup h̄ ſbo. Creditis in deuz dicit. aliud est credere deū. aliud in deū. z aliud deo. Credere deo est credere ea esse ſa q̄ dr̄ loquit. h̄ nō saluat. qz h̄ faciūt mali. Sz credere deū est credere q̄ dr̄ est. Et h̄ credit diabol⁹ Jaco. ij. Diabolus credit z ꝓtremiscit. Sz in deuz credere est credēdo deū diligere z in eū ire z ei firmiter adherere z ei⁹ mēbris. Et h̄ est ꝓpriū bonoz. non illoz qui hac nocte agunt multa maleficia. vt de ſubtractione lactis ꝛc. quoz fides ē corrupta z mortua. Un Jac. ij. Fides sine opib⁹ mortua ē. Ideo Isid. Beatus est q̄ recte credit. recte credēdo bñ viuit. bñ viuendo rectā fidē custodit. Hec fides ē remedium ꝓtra oēm turbatiōis piculū. vt di. Aug⁹. sup Joh. Uirt⁹ fidei q̄ credit in p̄rem z filiū ē potentioz oib⁹ piculis que fidelib⁹ accidere p̄nt Jō. i. Joh. v. Hec est victoria q̄ vincit mūdū fides vr̄a. vt fecerūt sancti apl'i z martyres. de quo Heb. xi. Sancti p fidem vicerūt regna. Idcirco hortat eos ad fidē dī. Creditis in deū z in me credite. q. d. ſm Aug⁹. i. ꝓseqūns est q̄ in me credere dr̄eatis. qz ego sum creator z redemptor vr̄ z remunerator. Nā null⁹ p̄t vere in deū patrē credere nisi etiā credat in filiū. qz filius est eiusdē nature z eiusdē essentie cū patre Jō di. Joh. v. Qui nō honorificat filiū non honorificat patrē q̄ misit illū. Jō Athanasi⁹ Necessariū est homini ad eternā salutē vt incarnationē q̄z dñi nr̄i iesu xp̄i fideliter credat. nā sine hac fide nō est salus. Un h̄ in can. xxxiij. q. i. qz. Quia nisi solicitatē fidei q̄s tenuerit diuinā p̄sentiā nō cognoscit. Jō Aug⁹. de ſbis dñi. Ambula p fidē z puenies ad spēz. s. visionis diuine. de q̄ Joh. xi. Qui credit in me etiā si mortu⁹ fuerit viuet. ¶ Dixi sēdo sbiūgit diuīsa māsio celestis inhabitatōis. ibi. In domo p̄ris mei māsiones mlte sunt. ¶ Q Nota duplex est dom⁹ dei. Pria est eccl'ia militans. i. ad Thi. iij. Scias quō in domo dei te oporteat ambulare. In hac domo mlte māsiones sunt. i. multi hoīes in q̄b⁹ deus manet p fidem Hebre. xiij. Tu aūt in nobis es dñe sez p fidē Eph̄. iij. Dico xp̄m habitare p fidez in cordib⁹ vr̄is. Scda ē eccl'ia triūphans. ij. ad Thoz. v. Habem⁹ domū nō manu factaz in celis. p̄s. xxv. Replebunt ab vberrate domus tue. In hac domo māsiones multe sunt ſm diuersitatē meritoz. Aug. Unaquecq̄z aīa p meritis suis illic honorat. z ſm q̄ ampli⁹ in merito se dilatauit. i. Thō. xv. Stella differt a stella in claritate ꝛc. Licet em̄ obiectū beatitudinis est vnū. s. dē⁹. z idem omn̄i⁹ diu⁹q̄ dat oib⁹ in vinea dñi laborantib⁹ attñ vnus excedit aliū in dignitate z claritate eterna.

¶ Primo p cognitionē. quāto ampli⁹ q̄s cognouit deū p veritatē fidei. tanto intensius cognoscet p visionē. Sēdo q̄to q̄s deo fretus fuerit p amorē. tāto ampli⁹ p̄fruet illo p claritatē. Exemplū de fonte. q̄ mai⁹ vas h̄z magz recipit. Et nō erit inuidia. Bern. Qd̄ meū p laborē tuū p amorē. Aug. Unusq̄sq̄z qd̄ in se nō possidet. in alio se possidere gaudet. Hze. Unicuiq̄z sufficit q̄tum recipit de hac domo. p̄s. dicit psal. xxvi. Unā petij a dño h̄ac req̄ram vt inhabitē in domo dñi. Et q̄d ibi acturi sum⁹ dicit p̄s. lxxxiij. Beati q̄ habitāt i domo tua dñe. in secula seculoz̄ laudabunt te. Subdit. Si q̄ min⁹. i. si esset aliq̄s defect⁹ dixissem vob. qz vado vob⁹ parare locū. ¶ Sz dicit Mat. xxv. Uenite possidete regnum qd̄ vobis paratū est ab origine mūdi. Rñdet Symon de cassia. Parauit ab eterno pater p̄destinando. fili⁹ in hūanitate patiendo. z impedimentū. s. culpe z pene remouēdo ꝛ ī celū ascēdendo. Naz licet essent ab eterno p̄destinati. tñ beatitudinē nō ꝓsequent nisi p gr̄am q̄ dat tpaliter in p̄nti. Et si abiero z pparauero vobis locū. Nico. de lyra. Nō q̄ gl'ia celesti q̄d p̄pauit. sz post ascēsionē dñi spūmsctm̄ misit p quē p̄paramur ad ꝓsecutionē beatitudinis Iterz veniā ad vos z accipiā vos ad meipm. vbi aliq̄ heretici dixerūt q̄ electi nō assument⁹ vsq̄z ad die iudicij. Hoc est ꝓtra apl'm Phil'. i. Cupio dissolui z esse cū christo. z ij. Thoz. v. Si dom⁹ nr̄a terrestris destructa ē. habem⁹ domū nō manu factā in celis. Sz sic est intelligendū. uteruz. An morte accipio vos ad beatitudinē anime. in iudicio ꝙo ad beatitudinē corporis z anime. vt vbi ego sum. qz añ suaz passionē iam erat beat⁹ q̄tum ad aīam. z vos sitz. Symon de cassia. O ineffabilis dilectio nō ꝓtent⁹ ꝓsortio angeloz̄. sed hoies in tantū pensauit vt in terrā descēderet z peuntes quereret. vt i domo patern⁹ secū habitarēt. nobis pticipās in hūanitate vt secuz essem⁹ pticipes in diuinitate. Et quo ego vado. s. ad patrē. et viā scitis. s. mortē z passionē. Symon de cassia. Intelligit quo ad debitū. i. scire debetis. ipse em̄ sciuit eoz̄ desideria. iō dedit eis occasionē interrogādi. Dicit ei Thomas. Dñe ne.

123

scim⁹ quo vadis. s. in speciali licet in generali quō possum⁹ viā scire. Dicit Symon de cassia. Laudabile est p̄fiteri ignorantiā p̄pter acquirere sciam. ¶ Rndit ihesus. Ego sum via ꝟitas ⁊ vita. via inobliquabilis. cui⁹ veg der da kein krum hat. de qua Iere. vi. Interrogate q̄ sit via recta ⁊ ambulate i ea. Hec via est xp̄s ⁊ ei⁹ vita in hūanitate. vñ Aug⁹. Christ⁹ in hūanitate fact⁹ est nobis via ad diuinitatē. Nec ē via de qua Deu. v. Nō declinabit nec ad dexterā neq; ad sinistram. sed p viam ibitis quā p̄cepit dñs deus vester. Ille declinat ad dexterā q̄ dicit xp̄m esse deum. Ille ad sinistrā qui negat humanitatē. Sꝫ ille tenet mediū qui fatet vtrūq; s. christū deum et hoiem. Hec est via de qua ps. cxviij. Beati imaculati qui ambulāt in via. i. in xpo. Naz oēs alie vie ducūt ad infernos. hec sola est via recta q̄ ducit ad celos. Vñ Prou. iiij. Viam sapiētie monstrabo tibi quā cū ingressus fueris nō habebis offendiculū. Scdo christ⁹ est veritas infallibilis. qz nec fallit nec fallere p̄t. Vñ Symon de cassia. Ipse est a quo vez est oīe qđ verū est. q. d. ego sum veritas oīa vincens. a nullo deuicta. Ipse em̄ dicit Luc. xxi. Celū ⁊ terra transibūt. ꝟba aūt mea nō transibūt. qz ipse est de q̄ psal. cxliij. Fidelis dñs i omnib⁹ ꝟbis suis. ¶ Tertio christ⁹ est vita imperturbabilis. vita desiderabilis. vita sine morte. ꝟsolatio sine merore. De q̄ psal. xxxiij. Quis est hō qui vult vitā desiderat dies videre bonos. p quā vitā venient⁹ ad vitā eternā. De q̄ subdit in textu. Nemo venit ad patrē nisi per me. q. d. Missus sum in mundu⁹ a p̄re. si vultis eū cognoscere tūc p me cognoscere debetis. Et subdit. Si cognouissetis me sez p̄fecte q̄ ad diuinitatē. ⁊ patrē meu⁹ vtiq; cognouissetis. q. d. Si filius crederet eter⁹ tunc ⁊ pater. Ammodo cognoscetis eū ⁊ vidistis sez a tpe passionis. qz aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. Luc. vlti. Et tunc habuerūt pleniorē noticiā de mysterio diuinitatis. vel sic. Ammodo cognoscetis eu⁹. s. per spūm sanctū. qz ille vos docebit oīa. Joh. xvi. Et vidistis eum. id est aliqui vr̄m iam viderunt eū. i. intellexerūt. Nā qui recte cognoscit filiū p fidem. in ipso cognoscit patrē. qz dicit Joh. x. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. nā sicut splēdor facit cognoscere lucē a qua p̄cedit. ita xp̄s facit cognoscere patrem. qz est splendor glie. ad Heb. i. Sꝫ qz de hac noticia nō oēs erāt informati. sicut philipp⁹. q̄ estimabat patrez in substantia sine p̄sona filij videri oculis corporalib⁹. ideo ait. Dñe ostende nobis patrez. Christ⁹. q̄ corpalib⁹ oculis voluit videre recepit ex Isaia eiusdez. c. vi. Vidi dñm facie ad faciē ⁊c. sꝫ illa visio nō fuit in diuia substātia. sed in subiecta creatura. vt dicit Aug⁹. in. q̄. ⁊ iiij. de trinitate. ⁊ Joh. i. Deu⁹ nemo vidit vnq̄ꝫ. Ideo dicit Symon de cassia. Multū errabat a veritate. si p̄r̄is ostēsionē poscebat ad oculū. cū nō solū corpalis oculus. sꝫ etiā glorificatus nō sit credendus posse intuen diuinitatē. nā aīa sola q̄n glorificata fuerit intuitiuam visionē atq; fruitionē diuinitatis habebit nō impedit glorificato corpe in q̄ erit. Si autem philippus poscebat ad intellectum videre diuinitatē etiā errabat. si q̄rebat aliter q̄ꝫ p fidē. qz nō viator⁹ ⁊ cōprehēsor⁹ poterat simul esse. Si i futuro erat petitio. s. in p̄r̄ia vt ostēderet. tūc nō incōgrue p̄cabat. qz di. Aug⁹. li. i. de trin. Nam vos implebit cū vultu suo vt nihil amplius requiret. Et ergo scdm hūc sensum bene dixit philippus. Dñe ostende nob⁹ patrem ⁊ sufficit nobis. quia ibi erit oīs sufficientia sine omni defectu. vt dicit Bern̄. i meditationib⁹. Amabim⁹ sine modo. videbim⁹ sine termino. cohabitabim⁹ sine medio. videbim⁹ ad voluptatē. fruemur ad iocunditatē. habebim⁹ ad voluntatē. In rōne erit plenitudo lucis. in voluntate multitudo pacis. i memoria cōtinuatio eternitat̄. O q̄ꝫ multe mā̄siones erunt in domo eternitatis. Primo ibi erit iocunditas sine merore. ibi vita sine morte. ibi letitia sine tribulatione. ibi eternitas sine fine. Ad quā eternitatem p̄ducat ⁊c.

Sermo lxxvi.
Ad idem.

¶ Dicit ei philippus. dñe ostende nobis patrē et sufficit nobis Joh̄. xiiij. ¶ In summa ꝟbꝫ duo tanguntur. Primo philippi pia petitio. scdo xp̄i benigna responsio. De primo dicit. Dñe ostende nobis patrē Symon de cassia. Multū errabat a vero si p̄r̄is ostensionē petebat ad oculū corpis qui puro mentis intuitu cōspicit Joh. i. Deu⁹ nemo vidit vnq̄ꝫ Exo. xxxiij. Nō videbit me hō ⁊ viuet. ¶ Nota q̄ inter ap̄los quidam petierunt secularem potentiā Matth. xx. Dic vt vnus sedeat a dextris ⁊c. quidā futuroꝝ scientiam. Mat. xxiiij. Qñ hec erunt dic nobis. quod erit signum aduentus tui. Quidā inimicoꝝ vindictam Luc. ix. Dic vt ignis descendat de

celo. Philipp⁹ nō pt̄ijt secularē potentiaz. qz breuis Eccl̄i. x. Omnis potēt⁹ breuis vita. Nec mūdanā sciam. qz curiosa est. i. Chor. viij. Scientia inflat. nec inimicoz vindictam qz phibita ē. Mat. v. Diligite inimicos. Sz pt̄ijt visionē paternaz. q̄ est eterna beatitudo qz ibi summa iocūditas. ps. xv. Adimplebis me letic̄ia cū vultu tuo. Item plena satietas. ps. xvi. Satiabor cū apparuerit gl'a tua. Itē eterna felicitas. Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te ꝛc̄. Jō subdit. z sufficit nobis. Aug⁹. in li. de libero arbitrio. Tanta ē felicitas iocūditaz eterne. vt si nō liceret in ea amplius q̄z vn⁹ diei horā viuere hō posset oīs delicias hui⁹ mūdi optēnere. ps. lxxxiij. Melior est dies vna ꝛc̄. Aug⁹. in li. de ciuitate dei. Quid est q̄ p ꝓphetā dñs dicit. Ero illoz deꝰ. nisi ego ero vñ satiant. Ego ero q̄cūq̄z ab hoibz deficerant. z vita z sal⁹ z virt⁹. z copiosa gl'ia. pax z honor z oīa bona. Ut Primus igit̄ fruct⁹ beatitudinis est vita. Prou. viij. Qui me inuenerit inueniet vitā. Secūdus est sanitas. Pax ꝓdesset hr̄e vitā si sp infirmitas haberet. qz vita cū morbo nō est vita sz pena z miseria. Eccl̄i. xxx. Melior ē mors q̄z vita amara. Sz ibi erit sanitas. Apoc̄. xxi. Neq̄z clamor neq̄z luctus neq̄z dolor. qz habebūt medicū p̄sentē. De q̄ Eccl̄i. xxxviij. Altissim⁹ de terra creauit medicinā. Tertij fructus est victꝰ siue comestio. parū esset habere sanitatē si nō hr̄et q̄d comederet. vt Lu. xij. Edatis z bibatis sup mēsam meam in regno meo. Sz qz multe sunt comestiones q̄ p nimia tenuitate nō satiāt. sed ibi nō sic. ps. xvi. Satiabor cuz apparuerit gl'ia tua. Quia ꝥo multi sunt q̄ vno cibo nō satiant. ideo comestio habebit ferculoz varietatē. Unū ferculū ex ꝺtemplatiōe diuinitatis. aliud hūanitatis. Isa. vij. Butirū z mel comedet. Butirum q̄d causat ex carne. i. hūanitas. Sed qz multi in comestione solēt hr̄e fastidiū. ibi nō. sz plena dulcedine. Eccl̄i. xxiij. Qui edūt me adhuc esurient. Sz sepe delicata comestio solet cito finiri. sz illa habebit ꝓpetuitatem. Apoc̄. vij. Nō esuriēt neq̄z sitiēt ampli⁹. Quart⁹ fructus diuitie. parū esset si comestionē haberet sine diuitijs. Prou. viij. Mecū diuitie z gloria. ps. cxi. Gl'ia z diuitie in domo ei⁹. Prou. i. Abūdantia ꝓfruct malorū timore sublato. Mat. vi. Thesaurisate vobis ꝛc̄. Iste nō saciūt iter securū sed timoribz plenum. Job. xv. Sonit⁹ terroris semp in auribz meis. z cum pax sit semp insidias suspicat. Quint⁹ fructus pulcritudo. Parum esset si q̄s hr̄et diuitias z aliā deformitate fedareť. Erit igit̄ pulcritudo triplex. Prima a diuinitate. ij. Re. viij. Impleuerat gl'ia dñi domū dñi. i. sctōs. Sicut sol suo splendore oīa illuminat. sic diuinitas oīa clarificat. Secūda a corpe fulgēti Mat. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol. Tertia ab aīa influēte. Lan̄. iiij. O q̄z pulcra es amica mea. absq̄z eo q̄d intrinsec⁹ latet. Eccl̄i. xlij. Gl'ia dñi plenū est opus ei⁹. Sext⁹ fructꝰ honor. parū esset hr̄e pulcritudinē nisi haberet honorē. Primo honorabilez habitū. ps. xliij. Astitit regina in vestitu deaurato. ad est corpe glificato. z circūdata varietate. s. i mēte. ps. xliij. Omis gloria ei⁹ filia regis. Secūdo q̄z ad dominū collatū. psal. viij. Oīa subiecisti sub pedibz eius. Tertio q̄z tum ad honorabilez familiaritatē. ps. cxxxviij. Nimis honorati sunt amici tui deꝰ. Joh. xv. Jam nō dicam vos seruos. qz seruus nescit q̄d facit dñs suus. sz amicos. qz oīa que audiui a p̄re meo nota feci vobis. i. Joh. iij. Jam filij dei sum⁹ nōdū apparuit q̄d erim⁹. Septim⁹ fructꝰ pax. Si q̄s haberet oīa sup̄ dicta z semp guerram. q̄d ꝓdesset. ps. cxlvij. Posuit fines tuos pacem. Leui. xxvi. Dabo pacē in finibz vr̄is. Unus finis est deus. alius corpus. tertius est q̄libet p̄xim⁹. Isa. xxxij. Sedebit pp̄lus meus in pulcritudine pacis. Ultim⁹ fructus est omne bonū. Un̄ Aug⁹. Nullū latebit bonum. nullū aderit malū. Primo omne bonū in ꝺgregatione. Sap̄. vij. Venerunt mihi oīa bona pariter cū illa. Boeti⁹. Beatitudo est statꝰ oīm bonoz aggregatiōe ꝓfectꝰ. Secōo in possessorū fruitōne. Pax eēt si q̄s m̄lta bona possideret nisi eis vti liceret. Eccl's. v. Quid ꝓdest possessori nisi q̄ cernit diuitias ocul' suis. Dare. xij. Reqescet z cūctis affluet bonis. Tertio in fruitionū ꝺtinuatione. qz illa fruitio bonorū nunq̄z finiet. neq̄z interpellabit. Unde ps. cxxvij. Videas bona hierl'm oīb⁹ diebz vite tue. Eccl̄i. xxxi. Stabilita sunt bona illius in dño. Idcirco libenter deberem⁹ sustinere mortem p̄ xp̄o z mori mūdo vt ibi viuerem⁹ cum deo. Ad q̄d hortat Aug⁹. Illuc festinate vbi semp viuatis. si eīm h amatis miserā z fluidā vitā vbi hō nascit cū dolore. viuit cū labore. z finit cū luctu z mero. z. q̄sto magis amare debetis vitam eternā. vbi semp summa securitas. summa felicitas. Jō Aug⁹. Si diuitie appetant ibi q̄rant vbi pire nō p̄nt z seruant. Augus. in li. ꝺfes. Dñe fecisti nos ad te. inquietū est cor nr̄m donec reqescat i te. Quia in te est

127

omnis sufficientia sine omni indigentia. Et sic dixit philippus. Dñe ostende nobis patrem et sufficit nobis ꝛc.

De sancta cruce
Sermo lxxvij.

Qui me inuenerit inueniet vitã. Prou. viij. Scribit Isid. de quadã arbore que est in India. ꝛ hꝫ fructꝰ dulcissimos. Ad hanc volant colũbe et de fructibꝰ eiꝰ comedũt mane ꝛ sero. Draco aũt q̃ est naturaliꝫ inimicꝰ colũbaꝝ insidias ponit eis vt trãsglutiat ꝛ occidat. Sed tñ draco intantũ timet arborẽ predictã q̃ nec audet attingere. nec i ea latitare. Si vmbra pꝛtendit ad occidendum draco ad orientẽ declinat. ꝛ hꝫ naturaliter ꝓpendens columba semp in vmbra arboris manet. ꝛ tũc a dracone est secura. Sꝫ qñ colũba arborem dimittit ꝛ vmbrã eiꝰ. tũc pꝛinꝰ a dracone deglutitur. ℣ Spũaliꝫ. p arborẽ nobilẽ intelligit sancta crux. De qua Amb. Crux fidei inter oẽs arbor vna nobilis. Hec est arbor figurata quaꝫ vidit nabuchodonosor Dan. iiij. Vidi ꝛ ecce arborez in medio terre. cuiꝰ altitudo ad celũ pꝛtingebat. ꝛ aspectꝰ eius vsq̃ ad vniuersos fines terre. folia eius pulcerrima. fructus eius nimis dulcis. ꝛ esca vniuersoꝝ erat in ea. subter eã habitabãt bestie. in ramis eiꝰ volucres celi. Spũaliꝫ. Hec arbor sancte crucis in medio terre est sita. ps. lxxiij. Operatus est salutem i medio terre Lõgitudo crucis pꝛtingebat ad celũ. qz est scala quã xpus erexit sibi ꝛ suis sequacibꝰ. Vñ canit eccl'ia. Hec est scala pec/catoꝝ p quam xpus rex celoꝝ ad se traxit oia. In hac arbore est esca oim aialiuꝫ. i. peccatoꝝ qz christi caro que vere est cibꝰ. Joh. vi. Ad hanc arborez pꝛciosam volare dñt colũbe. i. deuote aie si volũt habere vitã ꝛ edere i vmbra id est in pꝛtectiõe illius. dicẽdo Can. ij. Sub vmbra illiꝰ quẽ desideraui sedi. ꝛ fructus eius dulcis gutturi meo. Nã sub vmbra illiꝰ est secura. qz draco. i. diabolus multũ timet arborẽ crucis. qz in ea est victus. Hze. Qui in ligno vincebat. in ligno quoq; vincerek p christum dñm nr̃m. imo etiã in ligno crucis diabolꝰ est crucifixus in sua pꝛtate. De q̃ Adamantinus sup li. Judicuꝫ. In cruce visibiliter crucifixꝰ est xpus. inuisibiliter ꝯo diabolus ad Col'. ij. Expolians pꝛncipatus ꝛ potestates. ꝛ ideo timet Isa. xxx. Pauebit assur virga percussus Et sic hec est virga de qua ps. xxij. Virga tua et baculus tuus ꝛc. Ideo ꝯfugere debem9 ad vmbrã pꝛtectionis sancte crucis. dicendo cuꝫ ps. xvi. Sub vmbra alarum tuarum pꝛtege me. Nã in ea est vita columbaꝝ. id est aiarũ fidelium. De quo introit9. Nos aũt gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi in quo est salus vita ꝛ resurrectio nr̃a. De q̃ Eusebiꝰ. Tota salus mentis ꝛ corpꝛis pꝛuenit ex ligno crucis. Ideo thema. Qui me inuenerit. In q̃bus verbis duo innuunt. Primo salutifera crucis inuentio gloriosa. ibi. Qui me inuenerit. Secõ subiungit eiꝰ vtilitas operosa. ibi. inueniet vitã. De pmo dicit. q̃ me inuenerit. Homini viatori est magnũ solatiũ et magna securitas. si iuxta pꝛfundũ fluuiũ inuenit nauez. Et sic de fluuio pꝛsentis fluxibilis vite ad portũ salutis homo pꝛuenire nõ potuit. Et venit christꝰ in nauicula crucis. De q̃ Sap. xiij. Exiguo ligno credunt homines saluare animas suas. ꝛ trãseuntes mare p ratem liberati sunt. Augꝰ. Nemo poterit transire p mare huiꝰ seculi nisi portatꝰ a cruce christi. Ideo Isid. de sum. bo. Quotiens in fluctibꝰ ꝛ procellis es lignum ascende crucis ꝛ liberaberis. Et Bern. super Cant. Crux christi fuit vite lignum. qđ solum fuit dignum ferre salutem ꝛ vite fructum. ideo dicit. Qui me inuenerit. ℣ Nota inuentio sancte crucis post ãnos ducentos a resurrectione dñi facta est. de qua hodie eccl'ia solẽnisat. Attñ hoc lignum longe añ in immersione est inuentũ. Pꝛio a seth filio ade. vt habek in euãgelio Nicodemi. cũ adam infirmarek seth filius eiꝰ portas paradisi adijt. ꝛ oleũ misericordie quo corpꝰ patris pungeret postulauit. Cui apparens angelus michael ait. Noli lamentare ꝛ flere p oleo misericordie. qz nequaq̃ illud ꝓsequi poterꝫ nisi cõpleti fuerint quinq; milia annoꝝ. Attñ legik alibi. q̃ dedit sibi ramusculũ vt illum i monte libani plantaret. Sꝫ in quadam hystoria grecoꝝ legitur q̃ tradidit ei de ligno in q̃ adã peccauit dices. qñ fructũ fecerit tũc pater salvabik. Rediẽs igit ꝛ patrẽ mortuuꝫ inueniẽs hunc ramũ sup tumulũ patris plantauit qui creuit in arborẽ magnã. ꝛ vsq̃ ad tpa salomonis pdurauit. ¶ Secũdo a salomone est inuenta. Nam salomon dũ domũ saltus edificaret. vidit arborẽ tam pulcrã. fecit eã succidere. ꝛ in pdictam domũ collocare. nulꝫ q̃ tamẽ vt dicit Johannes beleth locari poterat. nec alicui aptari volut. modo nimis longũ. modo nimis breue. Jõ indignati artifices ipsuꝫ reꝓbauerũt. ꝛ sup quendã locũ vt eẽt pons

transeuntibꝫ pieceruntꝫ ¶ Tertio inuẽta est a regina sabba. Ista ꝑm Josephuꝫ dicta fuit Nicaula. ⁊ venit in hierusalem. vt haberꝫ. iij. Reg. x. vt audiret sapientiã salomonis. Et cũ ꝓdictum lignũ ptransire debebat iuxta scholasticam hystoriã vidit in spiritu ꝙ saluator in illo ligno suspẽdẽdus erat. ideo sup illo ligno trenoluit. ⁊ Salomon intimauit ꝙ in illo ligno ꝙdam suspendẽdus erat. p cuiꝰ mortem regnuꝫ iudeoꝝ deleri debebat. Jõ Salomon lignum illud inde sustulit. ⁊ in ꝑfundissimis terre visceribꝫ submergi fecit ¶ Quarto inuẽta est a iudeis in ꝓbatica piscina vbi hostias abluebant. Nec inquã piscina habuit ꝯtutẽ sanãdi infirmos. ⁊ ꝑsertim ꝙ ꝓior descendebat Joh. v. Et hoc nõ solum fuit ex descensu angeli. sed etiam ipsius ligni. Appropinquãte igit passione ꝓdictum lignum supnatauit qõ iudei videntes ipsum acceperũt ⁊ crucem domini parauerũt. ⁊ ipsum in eo crucifixerunt. Mortuo aũt christo ⁊ sepulto. crucẽ in terra absconderũt. vbi p ducẽtos ãnos et vltra latuit ¶ Quito inuẽta fuit ab helena. ⁊ hec ab ecclia celebrat. qz alie quattuor inuentiones eiusdẽ ligni nõdum sanguine christi erãt ꝺse crate. Et ipsa inuenit p iudam sacerdotem fodientẽ. vt haberꝫ in legẽda tres cruces. ad designandum ꝙ homines vtriusqꝫ sexus triplices inueniunt. qui in eis gerunt crucem. Aliꝙ crucem mali latronis. aliꝙ boni latronis. aliꝙ crucem christi. B ¶ Primi sunt ꝙ inueniunt in cruce mali latronis. ⁊ sunt pctores i morta li. Nam tales habent cruciatum ꝑm Augus. Unaquegz culpa sibi ꝑsi pena ẽ. De ꝙ Eccli. xij. Non est bene ei ꝙ est assidue in malis. Nã ꝺscientia ad minus die noctuqz vrget eum. Bern. Sunt qui labores sustinent non tamẽ est eis pars in domino. vt raptores adulteri. ideo ve portantibꝫ crucẽ. sed nõ christi. Sũt enim comua quattuor crucis huiꝰ. Licet latronum crux nõ habuit quattuor sed tria. tñ ꝑm modum crucis dispsita. ¶ Primũ cornu est pena ante peccatũ. vt iracundi. superbi. fures. ⁊ sic de alijs. Primo meditant puniendes se cogitatõibꝫ in seipsis quõ pueniãt ad peccatum. ita vt impleat illud ꝑs. psal. xxxi. Multa flagella peccatoris. Sic em aranea se inuoluit vt capiat muscas multis labꝝbꝰ Isa. lix. Telas aranee texuerũt. veniet paruꝰ ventꝰ mortis ⁊ destruit telã. vt dines Lu. xij. misit horreum dlatare. ⁊ dictum est ei. Hac nocte aiam repetũ a te. psal. lxxv. Dormierunt somniũ suũ. ⁊ nil inuenerũt viri diuitiarum ⁊c ¶ Secundũ cornu est pena post peccatum. De quo Sap. xvij. Subitaneus timor supueniet illis pessima redarguente conscientia. velit peccator vel nolit nõ erit ei requies. Unde Isa. lvij. Cor impij quasi mare seruens qõ quiescere nõ potest. Gregorius. Nõ est maior pena q̃ remordens conscientia. Tertium cornu est cõfusio coram hominibꝫ. Unde Sap. xvij. Semp presumit seua perturbata ꝺscientia. Unde Latho. Cõscius ipse reus de se putat omnia dici. Job. xv. Cũ pax sit. ille semper insidias suspicatur. et Hiere. x. Malicia tua amara. sed non meliorak. quia nõ timet deũ. Chrys. Timor hominũ differt peccatuꝫ. Bern. Quid trepidas ad carnis penas. ⁊ gladium districti iudicis contemnis. ¶ Quartum cornu est eternum tormentum Sap. xvij. Timida negligencia dat testimoniuꝫ condemnationi. Psal. xli. Abyssus abyssum inuocat. quia abyssus criminis inuocat abyssum ꝺdemnationis. quia dicit ad Roma. vi. Stipendia peccati mors. qz de hac cruce culpe descendit in dãnationẽ eẽne pene. ⁊ sic latro malus in infernum. ● Secunda crux inuẽta fuit boni latronis. ⁊ est crux penitẽtie. Hãc crucem hodie debet nobis inuenire helena regina. id est ratio que debet regere omnia ⁊ debet compellere iudam. i. sensualitatem. et igne minari eẽno ei. Et debet habere quattuor cornua. L ¶ Primũ cornu est ꝺ tritio ⁊ dolor ꝑ peccatis. quaꝝ habuit dauid. ps. v. Dolor meus in ꝺspectu meo semp. Et ad hanc hortamur Hiere. xxxi. Pone tibi speculũ. statue amaritudines. Nec amaritudo facit pacem ꝺscientie. Isa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Et ille dolor ꝑm sanctuꝫ Tho. in. iij. nõ põt esse minor in volũtate sicut nec dilectio. sz bene i sensualitate. Et debet esse ꝺtinuus. Ideo ps. Dolor meus ⁊c. Augus. Ubi dolor fuit ẽ pena nihil relinqt. Secundũ cornu inferius vbi pedes affixi fuerũt vno clauo. significat affectiones aie que dñt affigi vno clauo. s. timore dei ⁊ timore peccati ne deum amplius offendat. ps. cxviij. Confige timore tuo carnes meas. sed cũ timore pcti peccatũ ne reincidat. i. Thoz. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Eccli. xxvij. Nisi in timore dei te tenueris celo subuertet dom⁹ tua ¶ Tertiũ cornu ad partẽ sinistrã est ꝓmptitudo ad ignoscendũ. qz dicit Chrys. Hec est virtus que hominẽ assimilat deo qui nõ solũ inimicis indulsit. sed etiam ꝑ eis intercessit. Luc. xxiij. Pater dimitte illis. Eccli. xxviij.

Relinque ꝓximo nocenti tibi. Sz clau⁹ est timor ꝛ ꝓpiciato pctō. ꝛ quo Eccli.v. De ꝓpiciato pctō noli esse sine metu. Exquo dicit apl's.i. Thoz.iij. Nihil mihi ꝓsci⁹ sum. sed in h̄ nō iustificat⁹ suz. Uidem⁹ q̄ canis offendens dominū vocat⁹ cum timore accedit.

Quartū cornu a ꝛextris est satisfactio. quaz vocet ioh̄es baptista Luce.iij. Facite dignos fructus pnie. sicut dicit apl's ad Ro.vi. Sicut exhibuistis mēbra vr̄a seruire iniq̄tati ad iniq̄tatē. ita nūc iusticie in sanctificationem. Deu.iij. Scōm mēsuram pcti plagarū erit modus. q̄z ꝑm Aug. Nullū malū impunitū. si nō h̄ tm̄ ibi. Et ergo dicit Chris. Nō sufficit crux sua sine tua. Jō hortat. Matth̄.xvi. Qui vult venire post me abneget semetipm ꝛ tollat crucē suā ꝛ sequat me. Sz clau⁹ affigens est timor iudicij. p̄s.cxviij. A iudicijs tuis timui. q̄z nihil ibi occultū Eccl's.xij. Lūcta q̄ fiunt adducet dn̄s in iudiciū ꝓ omni errato. siue bonū siue malū sit. Tertia cruxi uenta fuit crux christi. ꝛ significat crucem iusticie quā portant iusti. dicēdo cum apl'o ad Gal'.ij. Christo ꝓfixus sum cruci. ꝛ Gal'.v. Qui christi sunt carnē suā crucifixerūt cū vicijs ꝛ ꝓcupiscētijs. Qd̄ verbū ptractat Aug. in glo. dicēs. Lōgruit vr̄e ꝛnotioni vt q̄ dn̄i crucifixi passionē celebrem⁹ rep̄mendaz carnaliū voluptatē crucē nob̄ faciam⁹. O si vis meritorie te crucifigere ꝛextes hodie h̄re q̄ttuor cornua crucis. i. q̄ttuor ſtutes quas xp̄us in cruce ostēdit. ꝛ q̄b⁹ Bern̄. sup Cañ. Christus virtutū gēmis q̄ttuor ꝛecorauit cornua crucis. Supemin̄es charitas quā ꝓfecit a ꝛextris crucis. O benigna obediētia quā adimpleuit a sinistris. O sancta patiētia quā exhibuit in ꝓfundo. O summa hūilitas quā semper retinuit. D Primū cornu supius est charitas. Un̄ ex charitate fit dolor crucis ꝛ subtractiōe spūalis ꝺsolatiōis. p̄s.ciij. Auferes spūm eoz ꝛ deficiēt. i. spūalē ꝺsolatōez. O quāta est illa crux. Bern̄. Alia q̄ semel didicit ad seipsam intrare ꝛ intimis suspirijs suspirare. nescio an ipsi gehennā ad tps exp̄in pēnalius horribiliusq̄z extat. q̄z ꝺsolatōe spūali carere. Jō glo. sup Tren̄. i. Frustra q̄rit ꝺsolationem exteri⁹ qui spūm̄z ꝑdidit intrinsecus.

Scōm cornu a ꝛextris ē obediētia in difficiliū ꝛ arduoz opatione. vt diris laborib⁹ exhauriat sanguinē ꝛ offerat christo deo in recōpensaz. q̄ sanguinē ꝓ nobis effudit. iij. Re.ij. Effūdunt sanguinē belli in pace. h̄ est in corporali afflictione sanguinē attenuare. Bern. Uer gen⁹ martyrū est q̄tidiana afflictio corporis. Tertiū cornu a sinistris est patiētia in aduersitat̄z oppssione. s. pauptatis. infirmitatis. ꝛre. Crux xp̄i tollit cū aduersitas patienter tolerat. Quartū ꝛ infimū est hūilitas ꝓfunda xp̄i. Et sic nos si vilip̄dimur. ꝛ licet sit crux humiliter ꝛtem⁹ pati. vt Dauid. iij. Re.xvi. cui maledixit semey. qd̄ audiēs abisay fili⁹ saruie ait. vt q̄d canis iste mortuus nr̄o maledicit regi. Cui dauid. Dimitte cuz vt bñdictio det̄ mihi ꝓ maledictōe. Eccl. vij. Humilia valde spūm tuū. Piero. Quantūcūq̄z te hūiliaueris. xp̄o hūilioz nō eris. Et sic hec ē crux xp̄i p quā venit ad gloriā ꝛ exaltationē ei⁹. vt scribit ad Phil.ij. Propter qd̄ exaltauit eum ꝛc. E Dixi secūdo subiūgit crucis xp̄i vtilitas. Pro diabol⁹ fugat. Aug. Ubi signū crucis cuz fide crucifixi p̄esserit. ibi inimicus nihil nocebit. nō solū fidelib⁹ sz ꝛ infidelib⁹. vt ptz ex̄plū ꝛ iudeo in templo deserto. Nam sicut Dauid a saul p cytharaz spūm malum effugauit. i. Re.xvi. sic crux xp̄i repellit hostez malignū ab hominib⁹. Aug⁹. Crux xp̄i pellit a nobis exterminatorem. si tm̄ cor nostrum habeat deū inhabitatorez. Jdeo Inno. In inchoatiōe cuiuslibet opis oportet muniri pect⁹ crucis signaculo. ꝓpter qd̄ dicit Bern̄. in meditatōnib⁹. Si pullat turpis cogitatio. si p̄mit te caro. si demon parauit insidias. fuge ad signū crucis christi ꝛ liberaber̄s.

Scōdo paradisum vite celestis aperit. Damas. Crux christi clauis padisi. Jsa.xxij. Dabo clauem dom⁹ dauid sup humerū ei⁹. Hec est clauis que latroni padisuz aperuit. que p quinq̄z milia ꝛ ducētos annos clausa fuerat. Cui dn̄s ait. Hodie mecum eris in padiso. Lu.xxiij. Amb. Hoc signo celū aperit. ꝛ homines a malo seruant. Qd̄ signuz hodie honorem⁹ ꝛ nos munim⁹r semp.

Sermo lxxviij Ad idem.

Peccata nostra ipse ptulit in corpe suo sup lignū. vt pctis mortui iusticie viuam⁹. .i. Pe.ij. F Rabbi salomō sup Exo. dic Modus est aquile q̄n portat pullos suos ꝛ loco ad locum q̄ portat eos sup̄ dorsum. vt si p̄ſciatur sagitta ab inferi⁹ rapiat sagittā ꝛ nō pulli. Spūaliter. sic christus q̄n voluit nos ꝛ obligatione eterne dānatiōis porta read spem celest̄z gl'ificatiōis accepit nos. id est pēnas peccatoz nr̄oz. upra dorsum suum.

mala nō ꝓt̄est bonos fructꝰ facere. sic nec mala intentio opa bona. vt patet de ꝑpi passione. quo ad intentionez christi. fuit eñ opus nr̄e salutis. s. quo ad nostrā redemptionē. sz fuit iudeis damnatio. quo ad eorum intentionē. ¶ Pro quo sciendū intentio est mltiplex Ratio. qz vt dicit Hugo de arca noe. Cor hominis in tot diuidit. quot sunt ea que ꝺcupiscit ꝺamat. ergo ꝑm diuersitatē cōcupiscentie seu amoris erit diuersitas intentōis. vñ Bern. sup Cañ. sermone. iiij. Si amās turpia appetit intentio turpis est fedās faciem aīe. si honesta appetit. intentio honesta est. ergo diuerse sunt intentōes ꝑm diuersos affectꝰ. ¶ Prima intentio ꝑm Bern. peruersa intiniqua. vt illa que pcedit ex volūtate affectata amore carnali tendēs ad finē qui est ꝺtrariꝰ vltimo fini vt qui intendūt gule. vt magis luxurie vacare possint. Talis ē intentio obstinatoꝝ. vt intendere vni vicio ꝓpter aliud inducendū. s. superbie vestimentoꝝ. ꝓpter complacere meretrici Dicit nāqz Bern. de libero arbitrio. Quātuz malum intendis. tātuz malum facis. Sicut patet de fure q̄ intēdit furari magnū thesauꝝ. et posito q̄ nō ꝺsequerē actū. tñ fur coraz deo ꝓbat. vt hꝫ. xiij. q. vi. c. fur. vbi ꝺr. Nō furtū sed mens furantis attendit. ¶ Secunda intentio est falsa ficta. que pcedit ex affectata volūtate. mēdaciter tendēs in deū apparenter false nō vere. qz ꝓpter fauorem hominū. De quo dicit Bern. Tendere q̄si in deum sed nō ꝓpter deum ypocrite anime est. vñ Mat. vi. Exterminat facies suas vt videant ab hominibz. Nec intentio fedat animā p turpitudinem ypocrisis ꝛ occidit eā. De quo Aug⁹. in ſmone de cōmuni vita clericoꝝ. ꝛ habet in cano. xi. q. i. nolo. Qui ypocrita ē mortuꝰ est. licet viuit coꝛpaliter. tñ mortuus est spūaliter. ¶ Tertia intentio est mercēnaria et obliqua que pcedit ex volūtate affectata pusillanimiter tendēs in deū. nō ꝓpter deū. sed ꝓpter vite p̄sentis necessaria. ex qua voluntate incurrat quo ad se vnde mercēnaria est. qz filiꝰ veris nō ꝺuenit. vt ptz ꝑ Amb. qui dicit in glo. super Lucā. c. xv. Filiꝰ q̄ habet spūssancti pignꝰ in corde. secularis lucra mercedis nō querit. sed ius ꝑpat heredis. Et de hac intentione dicit Bern. Tendere i deū ꝓpter vite necessaria est pusillanimis aīe. qz nō habet magnā cōfidentiā de dei pulsione. de q̄ ps. liij. Jacta cogitatum tuū in dño. ꝛ ipse te enutriet. Et iterū ps. xxxvi. Spera i dño ꝛ fac bonitatē ꝛ pasceris in diuitijs ei⁹. Idcirco si intentio sit obliqua deꝰ debet esse fundamētū. De quo Bern. Qui intendit in aliud q̄ in deū. tñ ꝓpter deū est negociū marthe ꝛ nō marie. nōdū puenit ad pfectū decorē. qz nō querit deū ꝓpter se. sz in ordine ad alterū. ¶ Quarta est intentio inordinata ꝛ inimica deo. vt intēdere bonū affectu bono ꝛ affectu malo. qz bona intētio nō excusat opꝰ malū. vt ptz in cañ. i. q. i. nō est. vbi dicit Bze. Nō est putanda elemosina si pauperibz dispenset qđ ex illicitis rebz acquirit. qz nō sunt facienda mala vt bona eueniāt. quia talis magis aggrauat q̄z iuuat. Aliud est ꝓpt̄ cōmissa pcta elemosinas facere. aliud ꝓpt̄ elemosinas pcta ꝑpetrare. vt sunt q̄ diuitibz furant ꝛ pauperibz tribuunt. Nec elemosina nō placet deo. licet bona sit eoꝝ intentio. vt habet xvi. q. v. Elemosina illa placet q̄ nō ex illicitis ꝛ iniq̄tate ꝺgerit. sed de rebz a deo ꝺcessis et bene acq̄sitis deo impendit. Metrista. Quic q̄d agunt homines intētio iudicat omēs. Jō dic Bze. Quisqz sacerdotiū vel episcopatū non ad elationis pompam. sed ad vtilitatē deside rat adipisci. bonū opus desiderat. sz bene ꝑ pus vires suas cum eo quē subitur⁹ est honorem metiat. vt si est impar abstineat et ad id cum metu etiā sui se existimat sufficere accedat. Et sic intētio eius nō erit inordinata nec deo inimica. ¶ Quinta intentio est vera ꝛ recta que in deū ꝓncipaliter ꝛ ꝓpter ipm dirigit. que est actuum bonoꝝ ꝛ pcedit ex volūtate affectata specialr ꝛ est igne amoris calefacta. Nec nulli bi homem sistere ꝓmittit nisi in deo. Unde Ruge. sup Cañ. ca. v. Qui recto desiderio intus estuat nil in intentione portat. qđ nō feruore estuāns desiderū in deū liquescat. Nec aūt intentio adhuc nō est pfecta. qz adhuc p multa occupata. Est tñ recta ꝛ pulueē terrene cōdemnatōis faciliter abstergere ꝑt. qz occupatio fit ꝓpter deū. ꝛ est marthe negociuz ꝛ non marie. vt dicit supz Bern. Et subdit. Recta est nr̄a intētio. s. vt in omni actiōe nr̄a aut dei honorē. aut vtilitatē ꝓximi. aut bonā ꝺsciam q̄ramus. ¶ Sexta est intētio pura simplex. ꝛ magis imediata. ꝛ oī odore dulciorz ꝛ suauiorz. finis eius ad vltimū finem allicit. ꝛ est cōtemplatiuoꝝ. ꝛ illa pcedit ex volūtate affectata experimētaliter. Experimētalis em odorz vltimi finis omnia ꝺtraria cōtemnit. In nullo alio fine q̄z in vltimo fine quiescit. De q̄ Hugo sup. vij. angelice hierarchie. Expientia est rerū magistra ꝛ mater intelligētie. Nā ille veritatē optime nouit qui nō solū audiendo sz etiā faciēdo ꝛ studēdo didicit. Et in tali expe-

136

rientia tūc ambulat intētio. ꝛ q̄si currit i odo/re dilecti. dicens cuz sponsa Can̄. i. Curremꝰ in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Hec intētio intendit solū in deū. ꝛ imediate q̄tum pōt ꝛ ꝓpter ipsum. sz vt pluries nō totaliter ꝓpter ipsum solū. sed etiā ꝓpter se querens delectari ꝛ ꝑsolari retinens adhuc aliquid de ꝓprio. vt dicit Bern̄. Et ideo talis intentio clamat cū petro Mat. xix. Ecce nos reliquimꝰ omnia ꝛc. q̄d ergo erit nobis. In hoc q̄ dicit. q̄d erit nob. nō totaliter ꝓpter ipm solū. sz etiā ꝓpt se querens delectari ꝛ consolari. Ergo adhuc habet aliq̄d ꝓprij. iuxta illud p̄s. cxviij. Inclina cor meū ad faciendas iustificationes tuas ꝓpter retributionē. Quā tñ intentionē dñs nō solū reꝓhendit. qz nō p̄ncipaliter querebat mercedem. sed dñi voluntatē. cum multi tales sint in domo patris. ¶ Septima est intētio que ē imediata simplificata ꝛ deificata. ꝛ amore finis eterni totaliꝫ attracta. ꝛ hec est beatoꝝ in patria. Et hec intētio dr deifica. qz ꝑm Bern̄. in libro de diligēdo deū. Illa intentio nihil relinquit in voluntate admixtū vel ꝓprij. sed totū p intentionē dirigit in deū. Et subdit ibidem. Illa intētio eo deificatior ꝛ purificatior est. qz in ea nihil de ꝓprio admixtū relinquit. eo suauior est quo totuz diuinū est q̄ sentit. Nā in hac intentiōe homo a seipso liquescit ꝛ in deū penitꝰ se trāsformat. qz oia in omnib⁹ est deꝰ. nam licet in hoīe ibi manet substantia tñ alia forma. alia gloria. alia erit potētia. Et dicit Bern̄. ibidem. Impossibile est fieri nisi post resurrectionē vel post resumptiōz corpis ab aīa. qz adhuc anime desiderio naturali appetūt vnionē corpoꝝ suoꝝ. Idē sentit Augꝰ. de appetitu corpoꝝ sup Gen̄. X. ¶ Diceres ꝑ que signa recta ꝛ simplex intētio cognoscit. Rñdet Henricus de frimaria. q̄ huius intentionis sunt aliqua signa. q̄dam exteriora quo ad homines. ꝛ quedā interiora quo ad cōscientiam. Signa igit exteriora recte intentōis ꝑm Origē. sup Can̄. sunt q̄nq̄. ¶ Primum signū est hūane laudis detestatio ꝛ dei glorificatio. Unde Mat. vi. Cū facis elemosinam noli tuba canere. sicut ypocrite faciunt. de quo Chrisꝰ. Tuba est oīs actus ꝑ quē demōstrat operis iactantia. Augꝰ. Jactantia est eo periculosior q̄ noīe religiosior. que est vitāda. qz nescimꝰ an deo placēt opa nra. Eccs. ix. Sūt iusti quoꝝ opa in manu dei. Ideo Luc̄. xvij. Cū feceritis oīa que p̄cepta sunt vob. dicite. serui inutiles sumꝰ. q̄d debuimꝰ facere. fecimꝰ. ¶ Secūm est rōnabilis tristicia et exultatio mentis. Mat. vi. Cū ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Hiero. ibidem dicit. Nō inueni veriꝰ signū boni cordis q̄z si erūpas foris in dulcedinē mentis. ꝛ frequentiā sobrie exultationis ꝛ tristicie. ¶ Tertiū signū est ordo correptōis. vt ꝑ us a teipso incipias. ꝛ deinde post hoc alios corripias. Unū Lu. vi. Hypocrita eiice ꝓmo trabē de oculo tuo. ꝛ tūc videbis eiicere festucaz de oculo fratris tui. Dicit Orige. ibidē. Nisi fallor nihil aliud appetis nisi apparere iustus dū me corrigis. ꝛ te negligis. Nā scribit Prou. xviij. Justꝰ ꝑor accusator sui est. Ideo Greg. Imperitꝰ medicꝰ est qui aliorū curā gerit. ꝛ seipm nescit. ꝓpter q̄d docet apl's. i. Thi. vi. Cōsidera teipm ne ꝛ tu tempteris. Eccli. xxxi. Intellige que ꝓximi tui sunt ex teipso. h̄ est si me ꝛ te corrigis. incipe ꝓmo a te ꝛ nō a me. ꝛ hoc req̄rit vera ꝛ recta intentio. ¶ Quartū est benignitas cōpassionis Unū Grego. Qui bonus est corde. benignꝰ est cōpassione. qz vera iusticia ꝛ intentio cōpassionē habet. falsa indignationē. vt phariseorū. Mat. xxiij. Imponūt onera grauia ꝛc. et ve vobis scribis ꝛ pharisei q̄ alijs clauditis regnū celoꝝ. ꝛ nō sinitis intrare nec vos intratis. qui alios ex charitate nō docebāt viā dei. nec cōpatiebant peccantib⁹ ex charitate. ꝛ sic non fuerūt in via salutis carētes recta intentōe in benignitate cōpassionis. Quia dicit Augus. sup p̄s. Inq̄tum maior charitas tanto plus corrige te cū quē peccare vides. ¶ Quintum signū est imobilitas mētis tā in adūsis q̄z in ꝓsperis. vt Job q̄ dixit Job. i. Si bona suscepimꝰ de manu dñi. mala aūt q̄re nō sustineamus. Ibidem dr. Erat iob simplex ꝛ rectus. qō exponens Greg. dicit. Simplex ꝛ rectus est ille q̄ aduersis nō frangit. qui ad tpalia nō inclinat. qui ad supiora totꝰ erigit. qui diuie volūtati humiliter subijcit. Hec Orige. breuiter enumerat exponens illud Cant. vij. q̄ pulcri sunt gressus tui in calciamentis tuis filia ꝓncipis. i. in omnib⁹ tuis q̄ agis. si laudez humanā vites. si sobrie id est rōnabiliter exultes. si ꝓmo te corripis. si alijs benignitatem exhibes. si patientiā in adūsis oñdis. hec sunt signa exteriora. ¶ Post hoc videdū est de signis interioribus. Dicit em̄ Bern̄. in li. de ꝑceptis. q̄ interior oculus intentionis vere sit simplex duo arbitror necessaria. s. charitatem in intentiōe. ꝛ veritatē in electōne. ¶ Primo ergo necessaria est charitas in intentione. Ratio. qz charitas dirigit intentionē ad omnia illa que ad finē ꝓncipaliter sunt intentū. qz

charitas vnit ⁊ in omnib⁹ vnū intēdit. ⁊ omnia q̄ pt cū illo vnire querit. ad Col. iij. Super oīa habete charitatē. qđ est vinculū pfectionis. ¶ Scđm veritas in electione. qz illa nō sinit errare circa finē intētū. Bern. Quō simplex est oculus intentiōis cū ignorātia veritatis bonū nō diligit. ⁊ malum nesciens agit. ℊ ad veram intentionē requirit amor boni ⁊ cognitio veri. sic etiā nec charitas sinit intentionez ante finē intentū stare. nec veritas sinit eā circa finē errare. Bern. Ueritas nō querit angulos. nec ei diuersoria placēt. Ps. l. Spūm rectū innoua in visceribus meis. i. intentionē rectam. quia ſm Rich. de san. vic. Inter omnia que ad salutem spectare videnť p̄mum ⁊ p̄ncipale est bona volūtas p quā in nobis diuine similitudinis imago reparať. Sz qz intentio sine charitate est remissa. sine ſfitate corrupta. igit̄ ꝯsidera verā intentionē p signa p̄habita. Basili⁹. Porro vnū est necessariū. s. recta intentio ad dei gl'iam. Quinto accipe debem⁹ h̄ venerabile sacrm humiliter cum tremore et timore reuerētie. Nā sctūs ioh̄es baptista sanctificatus erat i vtero. tn̄ de eo legit cū deberet christū baptisare nō audebat sanctā dei tāgere verticē. sed clamauit cū tremore. sanctifica me saluator. Item legit eccl'ia. tremūt ptātes Dic igit̄ cum Job. c. i. Antеq̄ comedā suspiro. ⁊ tanq̄ inundātis aque sic rugitus meus. Timuit em̄ abraam loqui cū angelo Genes. xviij. Quid loquar ad dn̄m cum sim cinis ⁊ puluis. Fuit angelus in psona dn̄i. Multo magis timere debes tu. accipiēdo dn̄m angelorz. Timuit em̄ moyses loq̄ pharaoni. Exo. iij. Quis ego sum vt loquar pharaoni. Quid tu facere debes accipiēdo regē regū ⁊ dn̄m dominantiū. Ideo scribit̄ in collationib⁹ patrz. Quātumcūq̄ puritatis sit hō. nō debet se existimare dignū. Nam hō ignarus ē negligēs ⁊ oblīuiosus. ideo debet se indignuz estimare ꝓpter multorz excessuū ignorantiā. negligentiaz ⁊ oblīuionē. dicēdo cū centurione Mat. viij. Dn̄e nō sum dign⁹ vt intres sub tectum meū. Nō sum dign⁹ sz necessari⁹. Revera nō dign⁹. naz hoc sacrm est speculū sine macula. candor lucis eterne. Sap. vij. Ideo ps. xxxij. Timete dn̄m omnes sancti eius. Et merito Job. xv. Celi non sunt mūdi in ꝯspectu eius. quāto magis inutilis homo. Aug⁹. Christū ꝯculcat qui hoc venerabile sacrm sine timore reuerentiali accipit.

Sermo lxxxvi.
Ad idem.

Accipite et mā

ducate. hoc est corp⁹ meuz. i. ad Chorz. xi. Audistis quō accipiendū est h̄ venerabile sacrm q̄nq̄ modis. s. fideliter sine erroze. sinceriter sine ꝯtagione. diligenter cuz ꝯscie discussione. cęteter cū recta intentiōe. hūiliter cū tremoze. ¶ Nunc sexto videndū est q̄ accipiat̄ prudēter cū studiosa meditatione. nā nō sufficit recta intentio nisi assit studiosa meditatio. qz nisi spūs hūanus aliquē finem p̄cognosceret. nescíret q̄ tenderet vbi quiesceret. ⁊ nisi illū finē aliqualr̄ desidera ret nunq̄ eū q̄rere curaret. sz esset vacuus ⁊ p̄fugus sup terrā. ⁊ vt alter cayn a facie dn̄i p̄iectus nunq̄ stabilis pmaneret. Un̄ Hugo lib. de archa noe. Meditatio studiosa p oīa discurrēdo. ⁊ hūc finem intentū inuestigādo quasi curatiue queret inuestiget ⁊ inueniet et spūm ad illā cū exultatiōe adducet. iō iter meditationis rōnabiliter sequit̄ iter intentionis. Rich. li. i. de archa mystica. Studiosa meditatio querit ardua appēhēdere. obscura disrūpere. occulta penetrare. donec veritatē diu que sitaz inueniet. Et sic amor boni ⁊ cognitio veri que sunt necessaria intētioni augmentant̄ ⁊ ꝯfortant̄. p̄s. xxxviij. In meditatione mea exardescet ignis. Bern. Ignis ea que inflāmat. inflāmat ad boni amorē ⁊ veri cognitionem. A ¶ Diceres. que est differētia inter meditationē ⁊ cogitatiōz. Rñdet Rich. li. i. de archa mystica. c. iij. dicēs. Una ⁊ eandē materiā aliter p cogitationē ituimur. aliter p meditationem rimamur. multa em̄ a se inuicē differūt. licet in materia ꝯueniāt. Idem Rich. Cogitatio est ip̄rouid⁹ animi aspect⁹. ad euaginationem p̄on⁹. Ipse em̄ se singulis pene momētis ꝯsueuit ad inepta ⁊ friuola relaxare. ⁊ sine vllo discretōis freno ad oīa se ingerere vl'pcipitem dare. Meditatio ꝯo est studiosa mentis intentio. puidus animi intuit⁹ ad veritatis inq̄sitionē. Ex his ptz istoz ml'tiplex differētia ſm Rich. ibidem. ¶ Primo cogitatio p diuersa huc illuc diuagat̄. sz meditatio circa magna ⁊ ardua ad directōis finem cū animi industria ad magna puenire querit. Secundo differūt. qz cogitatio serpit. meditatio intendit ⁊ ad plīma venit. Tertio cogitatio est sine labore ⁊ fructu. meditatio ꝯo cū labore et fructu. Quarto cogitatio ē semp vaga motu de vno ad aliud trāsit. meditatio semp vnuz aliq̄d incessanter intendit. Attamē frequēter

vnū ponit p reliquo. Cogitatio qñq; in meditatione ꝛuertit. Dicit Rich. ¶ Ideo memoriā rem hr̄e q̄tuor. Primo ꝓpriorꝫ vicioꝝ ad rest̄andū vt voleamus. Apoc. ij. Memēto vnde excideris ꝛ age pniam. quia Chrīs. sup epl'am ad Heb. ꝛ hr̄ re pe. dis. iij. quia. Judas inquit peccauit. nullū delictorum tale remediū habet sicut eor cōtinua mēoria. Bla. ad cōpunctionē. nō ad delectationē. p/pter qđ Deu. ix. Memēto inquit vt nō obliuiscaris q̄ ad iracundiaz puocasti dñm deum tuū. ps. cxxxvi. Sup flumia babilonis illic sedim⁹ et fleuim⁹ dū recordaremur syon. i. in captiuitate pcti ꝛ ꝓfusionis flere rem⁹. cuz recordaremur syon. i. gr̄e pditę ꝛ innocētie. in q̄ statu hō deū speculat. Aug⁹. Quāto quisq; strictior. tāto i eo p memoria delictoꝝ sit fletꝰ vberior. vt ezechias Isa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos i amaritudine aie mee. Treñ. iij. Recordata est hierl'm dieꝝ afflictionis ꝛ p̄uaricatōis q̄ ad culpā. oīm desiderabiliū suoꝝ q̄ ad gr̄am. ¶ Scđo rem⁹ hr̄e memoriā mortꝫ ad pctm vitandū. Eccli. vij. Memorare nouissima tua ꝛ in eternuz nō peccabis. Si diē mortis hoīes meditari vellent ab omni īmūdicia aīos suos cohiberēt. Sed heu ꝓquirit Treñ. i. Sordes eiꝰ in pedibus illiꝰ. qz nō est recordatꝰ finis. Et g̃ qui nūc volunt meditari salubr̄iter. necesse est hāc aliq̄n dolēter sustinere. Aug⁹. i ſmone de innocētibꝫ. Hac aīaduersione pctōr ꝓcutit q̄ dū viueret oblitꝰ est dei. moriēs obliuiscat sui. ¶ Tertio dei iudicioꝝ ad timēduz. Eccs. xi. Si homo annis multꝫ vixerit meminisse debet tenebrosi tpis ꝛ dieꝝ multoꝝ. q̄ cuz venerint vanitatis arguent p̄terita. Prou. xij. Logitationes iustoꝝ iudicia. s. dei. Eccs. vlti. Cūcta q̄ fiunt adducet dñs ad iudicium. Eccli. xvij. Memēto ire ꝛ tempꝰ retributōis. hec oīa in oculis dei. ps. lxx. Memorabor iusticie tue solꝰ. ¶ Quarto rem⁹ hr̄e meditationē bñficiorum dei. ad gr̄as deo agendum. Luc. xvi. Recordare qz recepisti bona in vita tua. Reuera bona naturalia. delectabilia. substātialia. s. corpus ꝛ sanguinē christi. Nā de māna dato dominus p̄cepit Exod. xvi. Implegomor ex eo ꝛ custodiat in futuras retrogenerationes vt non uerint panez q̄ alui vos in solitudine. Ita iustum imo multū iustꝰ est q̄ nos impleamus cor nostrū memoria beneficij et doni celestis. quo dedit seipm nobis in sacro altaris. Nam eius corpus in sacro cum in aliquo simile est mānā. in aliquo multo excellētius ꝛ pciosius. quia sicut lux potior est q̄z vmbra. veritas q̄z figura. ita hꝰ donū dignꝰ est illo. de ꝺse. dis. ij. Reuera. Itē illud fuit corruptiōi obnoxium in alteꝝ diem reseruatū. istud ꝓo est alienum ab omni corruptōe in eternū. ps. xv. Nō dabis sanctū tuū videre corruptionē. Un̄ canit eccl'ia. Sumit vnꝰ sumūt mille. nec sumptꝰ ꝺsumit. Itez māna q̄n caluit sol liquefiebat. hoc sacr̄m nullum patit accidens. qz accidēs stat sine subiecto. Item isti oēs sunt mortui. aliqui corpaliter. aliqui eternal'r. vt dathan et abyron Nu. xvi. Istud facit aliquos esse sine corruptōe culpe ꝛ pene. Joh. vi. Si q̄s mā ducauerit ex hoc pane viuet in eternū. ps. cx. Memoriā fecit mirabiliū suoꝝ. escam dedit timentibꝫ se. Itē nota mēorari rem⁹ damnum ꝛ fructū inde pcedentē. Fructꝰ inde pcedens est multiplex. ¶ Primus ad diligendum inflāmat. sicut ad p̄sentiaz ignis expellit frigꝰ. sic ad p̄sentiā corpis xp̄i tepiditas Exemplū hr̄ in malogranato. sicut q̄ panem calidū de clibano recipit cū pane sumit calorem. sic q̄ recipit corpꝰ dñi ignitū amorē recipit. Sz heu patiēs febres lz sit i camio ignis calorez nō sentit. ꝛ sic pctōr in mortali licet hꝰ sacr̄m sumit. nō sentit tn̄ calorē charitatis nē malicie ꝛ iniq̄tatis. Un̄ Hiere. vi. Sicut cisterna facit aquā frigidam. sic malicia. ideo Bern̄. Qui māducat ꝛ amat augmētū amoris sentiet. ¶ Scđs fructꝰ est q hꝰ sacr̄m lucet hꝰ est q illumīat mentē hoīs. ꝛ latētia pctā preterita māifestat. ꝛ figurat p mel qđ ionathas comedit de arbore. i. Re. xiij. Et dixit. vidistꝫ q illumīati sunt oculi mei eo q paululū gustaui de melle. Mel est sapia dei increata. vn̄ Isa. vij. Butirū ꝛ mel comedat. i. humanitatem ꝛ diuinitatē in cibū recipiat. Hic cibo illumīnat oculos mētis. Un̄ Chrīs. Sicut in sole natural'r apparēt athomi. q̄ extra solē nō discernunt. sic in p̄sentia digne acceptiōis huius sacri cognoscunt defectꝰ spūales q̄s homo al's non cognosceret. Ideo Isi. Accedite et illuminamini. qz lux est mūdi. ¶ Tertio delet venialia. De q̄ Inno. dicit. Hoc sacr̄m venialia delet ꝛ mortalia cauet. Sil'r ꝛ Amb. lib. de sacramentis. Iste panis q̄tidian⁹ sumit in remedium q̄tidiane infirmitatis. ꝓpter qđ dic̄ Bern̄. Nō māducam⁹ corpus dñi. qz boni sum⁹. sed vt boni efficiamur. Jo Aug⁹. de verbis dñi. Accipe q̄tidie q̄ tibi quotidie prosit. ¶ Quarto p̄seruat a futuri mortalibꝫ. qz peccatuz est mors spūalis aie. Un̄ sicut hō p̄seruat a morte corpis dupl'r. sicut dicit sanctus

Tho. pte iij. q. lix. arti. iiij. Primo natura roborat interi9 p medicinā. Scdo corp9 pseruat exterius p arma. Utroq3 modo sacrm eucharistie p̄ uat a pctō. Pzio roborat interi9 spūm Unū ps. ciij. Panis cor hoīs confirmat. qz ē panis vite. qui vitā māducat mori nō pt. Accedite z absoluemini. qz est remissio pccatorum Dec ille. Quia fm Aug9. ex verbis dñi. Iste panis aie nre subam fulcit. z in esse gratuito ponit. Alio modo incztus est signū passionis xpi p quā victi sunt dcmones. repellit dcmon ū impugnationē. De q̄ Chrys. sup Joh. Uncones flāmam spirātes. sic ab illa mensa recedimus diabolo effecti terribiles. ¶ Quinto auget. s. pteritam gr̄am. De q̄ sctūs Tho. dicit. Hoc sacrm est gr̄az augmētū. Figurat Nu. xi. vbi legit. q dcscendēte māna dcscēdit pariter z ros. sic in xpi corpe accipit ros gr̄e. Nam sicut ros facit fructus terre crescere z augmentat illos. z sic hoc sacrm facit dcuote recipientes i meritis crescere z gr̄a. Pzou. iij. Nubes roze confcrescunt. i. dcuotis gr̄a augmentat. Nā sicut ignis nō est sine splendoze. sic hoc sacramentū digne sumptū nō est sine augmēto gr̄e Isa. lv. Comedite bonū z in crassitudine delectabit aīa vestra. Unū Ben. xlix. Pinguis est panis aser. Spūal'r. Aser interpretat beatitudo. hic ē par eterne beatitudinis. q̄ impiguat hoīem p gr̄e augmentū. ¶ Sexto hoc sacrm vnit nos dco. de quo Aug9. Libz grandium cresce z māducabis me. nō me mutabis in te sed tu mutaberis in me. z hoc p amorē. Nam dicit Dyonisi9. Amor trāsformat amātez in amatum. Et figurat in trāsfiguratione supnaturali. z in sacro vbi vna suba transmutat in aliā. Item mēs dcuota fit dcifica. ad Gal. v. Uiuo ego. nō ego. sed viuit in me christus. Hoc fit spūaliter cuz q̄s nō agit a suo spiritu. sed christi. z vitā suam conformat exemplis xpi Unū Joh. vi. Qui māducat me viuit p̄pter me. Ideo orat eccl'ia in collecta dicēs. Fac me semp inhercre tuis mādatis. z a te nunq3 separari. Jō hoc sacrm dicit cōmunio. eo q̄ in hoc sacramēto cōmunicam9 oīm bonoz in eccl'ia z meritis omnium sanctorū. vt impleat illud Joh. iiij. Alij laborauerunt. z vos in labores eoz introistis. Et dr electis illud ad Eph. v. Jam nō estis hospites z aduene. sz ciues sanctoz et domestici dei. Item p dignā susceptionem hui9 sacramēti homo etiā fit particeps meritoz christi in humanitate. Unde Bern. Deus dcdit nobis filiū suum. qz gr̄am cōmunicauit nobis p illū. De quo Aug9. Omnia bona sua nobis cōmunicauit. q̄ mala nostra assumpsit. Ideo Bern. Domine operum bonorum egem9. vbi dcfecerint mea. ibi supplebunt tua. vt impleat illud. i. ad Thoz. iij. Omnia vra sūt. vos aūt christi. ¶ Septimo hoc sacramentuz mitigat fomitem. Sicut aqua ignis calorem refrenat. sic cōcupiscentia carnis mitigatur. Unde p̄s. xxij. Sup aquam refectionis educauit me. Figurat Judicum vij. in visione Gedeonis. q panis subcinericius subuertebat castra madian. Per madian intelligit contradictio. et significat fomitem carnis qui semp cōtradicit spiritui. cuius castra sunt carnis dcsideria que subuertit panis iste mitigando ea. Osee. xiij. Ero quasi ros in israel. Nam sicut ros mitigat calorem. sic hoc sacramētum minuit calorē praue concupiscentie. z hoc ppter augmentuz charitatis. De quo Augus. in libro. lxxxiij. questionum. Augmentū charitatis est diminutio fomitis. Ideo Amb. Qui vulnus habet. medicinaz requirat. ¶ Octauo liberat a reatu pene. Dicit sanctus Tho. pte. iij. q. lxxxix. arti. vi. Hoc sacramētum est sacrificium z sacrm. Sacrm est incztum recipit p̄pter ordinet in visibilis gr̄a sub visibili specie. Sz sacrificiū incztū offert p viuis z mortuis. z sacrm. s. inquantū instituit ad spūaliter nutriendum per vnionem ad christū z ad mēbra ei9. sicut nutrimentū vnit z nutrit. Sed qz hec vnio fit p charitatez. ex cui9 feruore aliquis consequit remissionem. nō solū culpe sz z pene. idcirco nō directe. sz p cōcomitantiā sequit remissio pene. nō totius sz fm modū feruoris z dcuotionis. Inquātum vero est sacrificiū habet vim satisfactiuam. et nō attenditur quātitas oblationis. sz quātitas dcuotionis. z non pro tota pena. sed p ptem rationē dcuotiōis hominis. Jō dicit Hiero. Aqua que apponitur est signū mūdationis a pena. z sic liberat a culpa z a pena. licet nō totali sed partiali. Unū Prouer. xxvi. Munus absconditum extinguit iras. Grego. Dominus dcdit nobis sacramentū salutis in remissionem criminū. ¶ Nono dulcedinem p̄stat Unde Sap. xvi. Panez de celo p̄stitisti eis. omne delectamentū suauitatis in se habentē De quo Aug9. Deus intrat in mentez omni dulcedine dulcior. omni suauitate suauior. d̄ q̄ ps. lxiij. Qui simul mecū dulces capiebas cibos. Ratio Augus. Ibi diuina dulcedo in suo fonte bibit. Ideo dixit dñs Joh. vij. Si q̄s sitit veniat z bibat. s. dulcedinē huius sacramenti. Dicit nanq3 psal. lxvij. Paraſti in

dulcedine tua paupi dr⁹. Et Salo. Canti. ij. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. ꝑpter qđ ex/clamat Orige. dicēs. O dñe tolle rēsiderium meū vt attingā dulcez fructū. s. tui sacramēti. D. Diceres. tñ sepius sumo ⁊ tantā dulce/dinem sacri nō sentio. Rñdeo. iste est cibꝰ me/dicine aie. Unde sicut medicus peritꝰ dat q̄/busdā medicinā dulcē in palato corpis. alijs ꝙo pbet dulcedinē in palato mentis. q̄uis in gutture nō sit dulcedo. tñ in rōne sentit q̄ sanat. ⁊ sic mentē rēlectat. Et sic dñs deus q̄busdaz fidelibꝰ dat p intimū affectū vt ardētius rē/cipiēt in deuotione dulcedinis. Alijs vero per pium intellectū. eo q̄ intelligūt se a peccatis ampliꝰ abstinere ⁊ ꝙtutibꝰ adherere. ⁊ credūt hūc cibū vitam eternā dare. Et sic licet nō sa/piunt p affectū dulcedinē. tñ p intellectū. vñ Sap̄. viij. Nō habet amaritudinē ꝙuersatio illius. nec tediū ꝙuictus ei⁹. sed leticiam spūa/lem. Et figurat Exo. xvi. Justus mane erat q̄si simile cū melle. Et figurabat dulcedinez hui⁹ sacramēti. Quā quidē dulcedinē sensit Aug⁹. vt de eo legit. Displicebat ei quicquid agebat in seculo p dulcedine dei. Sz heu ali/qui sunt qui nec i intellectu nec in affectu sua uitatem sentiūt. ⁊ sunt hi qui dulcedini hu/mane aut carnali insistūt. Nā aialis hō nō p cipit ea que spūs dei sunt. i. Thoz. ij. ⁊ Rom. viij. Qui i carne sunt que carnis sunt sentiūt Nā dicit Salomō Prou. xxvij. Alia satura/ta ꝙculcabit fauū. sicut filij isrl saturati cibis cepis ⁊ carnibꝰ egypti. Nu. xi. nō rēlectaban tur in mana. Sic fm Greg. Qui terrene rē/lectationi inhiat. spūalis dulcedinis cibi fasti/dium hñt. Sap̄. xvi. Dulcedinē tuā in filios rēmōstrabas. Quā dulcedinē sensit mr au/gustinꝰ. q̄ post dignā susceptionē huius sacri clamauit in excessu di. Uolem⁹ ad celū vole/mus ad celū. post hꝫ venies ad seipsaz interro gata cur ita clamasset. Rñdit. Cor meū ⁊ ca/ro mea exultauerūt in rēū viuum. ps. lxxxiij. D. Decimo viuificat. s. h̄ in gra. abi i glia. Un ps. xxxv. Dñe apud te est fons vite. De q̄ salu/atoz Joh. vi. Qui mādducat hunc panē vi/uet in eternū. De quo Isiđ. Hic ē panis vite qui vitā mādducat mozi nequit. Un Joh. vi. Qui mādducat me viuet ꝑpter me. D. Unde/cimo associat sanctis ⁊ angel' rei. De q̄ Raba nus. Qui hoc sacrm digne pcipit. societatez sanctoz digne pcipiet. D. Duodecimo assecu rat. s. in egressu. vt homo pt dicere illud ps. xxij. Si ambulauero i medio vmbre mortis ñ timebo mala. qm̄ tu mecū es. Figurat nāq̄ p panez subcinericiū. iij. Re. xix. Incui⁹ fortitudine ambulauit helyas vsq̄ ad montem dñi. Nā dicit Bern. Corp⁹ christi est pegri/nantibꝰ dieta. egrotis medicina. rēbiles ꝙfor tat. valētes rēlectat. timidos securat. E Un dicit viaticus q̄si custos vie. Et iō dat i agone morientibꝰ. Primo ꝑpter ꝙfortationē. q̄ longa via sine cibo nō est amplectēda. Un Hugo li. ij. de sacris. Cibꝰ ille nō est corpis sed mētis. nā de ore trāsit ad cor. cōfortans aie vires. Secūdo dat in agone ꝑpter securatio/nē ⁊ ꝙtectionē. q̄ homini morienti maximum plium instat. idcirco dat in ꝙtectorē. ps. xxv. Dñs ꝙtector vite mee a q̄ trepidabo. Et apl's Ro. viij. Si deus p nobis quis ꝙtra nos. Et Hiere. xx. Dñs mecum tanq̄ bellator fortis. Jō cū infirmaris memorare cū hoc sacrm si/mis vt ab inimicis tuis rēfenderis. Naz hic xp̄us p̄sens est ⁊ angeli. Dañ. vij. Milia mi/lium ministrabāt ei. Jdeo Chrisꝰ super Joh. Ad hoc sacrm angeli ꝙcurrunt. rēmones fu/giunt. Hi sunt duodecim fructus ligni vite Apoc. xxii. qui oriunt ex hoc venerabili sacra mento. Et dicit Nicolaus de lyra sup Johez Alia sacramēta habent singulares effectꝰ. vt in baptismo solꝰ baptisatꝰ susscipit grāz. sz in imolatione hui⁹ sacramēti est vniūsalis effe/ctus. q̄ nō solum sacerdos ꝙsequit effectū sz viui ⁊ mortui. Ratio. q̄ in ipso ꝙtinet causa vniuersalis omniū sacramentoz. s. christꝰ. Et sic nō est de laico recipiēte quātum est ex ope operato. ⁊ quantū cōsiderat vt pceptio. q̄uis ex intentiōe pcipientis possit cōmunicari om/nibꝰ vel aliquibꝰ ad quos dirigit suā intētio nem. Jdeo de hoc sacramēto venerabili dicit Alexāder. ⁊ habet de ꝙse di. ij. nihil. Nihil in sacrificijs maius. nulla oblatio potioz ista. Et isti duodecim fructꝰ habent brevit in his me tris. Inflāmat meōrat. rēlet p̄seruat et auget. Un̄ mitigat. liberat dulcedinē pstat. Uiui ficat ⁊ associat. ⁊ in fine securat. D. Item non solum est meditāda vtilitas huiꝰ sacramenti digne pcipientiū. sed etiā pnalitas que ꝙsequ tur indigne recipientes. Incurrit homo em̄ tri plicem pnā. s. tpalem. spūalem. ⁊ eternalem. Primo tempalez. i. Thoz. xi. Jdeo inter vos multi imbecilles sunt. et multi dormiūt. Un legit q̄ quidā phibitꝰ ne accederet ⁊ verecun dia ductus nō dimisit sz accessit. Jdeo subi/tanea morte corraz altari interijt. Pascasius. Qui indigne manducat si bonitas dei nō resi/steret statim angeli eū punirēt. Secundo pe nam spūalem. quia diabolus maiorez in eos

accipit ꝓtātem. Uñ iudas post buccellā panis intrauit in eū sathanas. Libo ille nō erat corpus xpi. quanto magis corpus xpi. Augº. Nullus malignº ad corpus xpi accedat. nullus fictus. nullus induratus aīo appropinquet. De talibo ꝑt dici vt de iuda. Manº tradentis ē mecū in mensa. Lu. xxij. Tertio eternalem. i. Thoz. vi. Reus erit iudicio. Ambº. Penam xpi mortis merek qui pollutº accedit totā trinitatē inhonorat. Bernº. Ue homini cui salus mūdi iudiciū est. vita mors est. cui absolutio dānatio. cui gra ira. Idcirco iudicium sibi manducat ꝛ bibit.

Sermo lxxxvij.
Ad idem.

Accipite ꝛ mā
ducate. hoc est corpus meū. i. ad Thoz. xi. Audistis quo h̄ venerabile sacr̄m recipiendū est fideliter sine erroze. sinceriter sine ꝓtagione. diligēter cū cordis ꝛ scientie discussione. humiliter cum timoze. decenter cū recta intentōe. prudēter cuz studiosa meditatione. ¶ Nūc septimo videndum est q̄ accipiak feruēter cū deuota ꝓtēplatione. Et bn̄ ꝓtemplatio sequit meditationē. qz meditatio est eternoz inuestigatio. cū magna animi industria. neca veritatz inq̄sitōne dimittit donec inueniat qd̄ querit. ꝛ qz cato q̄situm inuenik. tūc incipit inherere gaudēter. Et fm Rich. li. i. Sic studiosa meditatio in tantū exercuit se ꝛ ꝓfecit q̄ in ꝓtemplationez transiuit. ps. lxv. Trāsiuimus p ignē ꝛ aquā ꝛ eduxisti nos ī refrigerīū. i. in ꝓtemplationē eternoz. quia ꝓpriū est meditationi sua ꝓmotione semp ad altioza tendere. Sz ꝓtemplationi ꝓprium est iocūditatz suo spectaculo cū admiratione inherere. ¶ Sed diceres. q̄d est ꝓtemplatio. Rñdet Rich. li. i. de archa noe. c. iij. Contemplatio est libera mētis perspicatio in sapientie spectaculo cuz āmiratione suspensa. ¶ In hac descriptione inuuntq̄ttuoz. Primū est liber ꝓtēplationis motº ab omnibo excoziatus ꝛ in nullo impeditº. Ex h̄ patet q̄ spūs ꝓtemplatiuus debet esse sine peccato. qz q̄ peccat Joh. viij. seruº ē peccati. ꝛ vinculis eius ligat ne sursum ferak. Etiam debet eē liber a desiderio ꝛ cura tpalium. q̄ sunt dure seruitutis. i. ad Thimo. vi. Qui cupiūt fieri diuites incidūt in temptationes ꝛ laqueū diaboli. Bre. xxx. moral'. Tunc spūs liber dimittit q̄n calcatis terrenis desiderijs mēs ab appetitu tpalium exonerat. Ideo Isi. de sum. bono. Oculus alta ꝓspicere nō poterit quem puluis terrene cupiditatis claudit. Bre. xix. moral'. Cōtemplari dei sapientiā nō possunt qui sibīpsis sapiētes sunt. ¶ Secūdum qd̄ necessariū est ꝓtemplantibo. est. q̄ oculus ꝓtēplationis sit pspicax. id est gra dei sanatº. Dicit em̄ Hugo li. ix. celestis hierarchie. ¶ H Triplex est oculus. Primus est carnis q̄ hō videt ea que sunt extra se. Secūdus oculus rōnis q̄ videt ea q̄ sunt intra se. Tertiº est oculus ꝓtemplationis quo videt hō ea que sunt supra se. Primº est apertus. s. oculus carnis. Oculus secūdus. s. rōnis est lippº. Tertiº. s. ꝓtemplationis est clausus ꝛ cecus. Ideo necessariū est vt oculus ꝓtemplationis pspicax sanek. i. purgek ab omni labe ꝛ cupiditate terre noz. i. Joh. i. Deus lux est. ꝛ tenebre nō sunt in eo. ¶ Tertiū est q̄ oculus in spectaculo sapientie eterne sit erectº. s. ꝓtemplari deum nō quocūqz modo. sed cū delectatōe ex quadā experimētali suauitate ꝛ affectu. Actus g̃ ꝓtemplationis duo includit. s. cognitionez ꝛ sapozosam delectatiōz. ꝛ delectatio adiuuat cognitionem. qz dicit Richº. fm mensuram delectationis dispensak et modus manifestationis. ¶ Quartū est mentalis suspensio ex admiratione causata. Richº. lib. de archa mystica. De quāto aīa ab infimis sit remotioz. de tanto in seipsa purioz ꝛ ad sublimia sublimioz. ꝛ quāto sublimioz. tanto diutiº in supriozibo suspendik Job. vij. Suspendiū elegit anima mea. Qd̄ Uercellē. exponit dicens. Suspendiū est extensio mētis in eterna spectacula. Juxta illud p̄s. xxiij. Oculi mei semp ad dñm qm̄ ipse euellet de laqueo pe. meos. Richº. lib. v. de archa mystica. Nōne velut a terra ad aera suspendik. dum hō super hoiem ducik ꝛ aīa a seipsa excutik. ꝛ mētis alienatōne in celestibus tota erigik. Quapropter aīa ꝓtemplatiua dolenter ad inferioza relabik. vt patet exemplu de sancto Bernardo. qui semp fleuit quando comedere debuit. Interrogātibo fratribo cur fleret. Rñdit. nōne debeo flere. qz ꝑus eraz spiritualis. nūc animalis. Ecce dolēter descēdūt anime ꝓtēplatiue ad inferioza. ¶ Sz diceres. que sunt dispōtiones que disponūt aīmā ad ꝓtemplationē. Rñdet Rich. lib. de ꝓtemplatione. Nos debem̄ a nouissimis incipere ꝛ paulatim mentem subleuare. ꝛ p exteriozē noticiā ad cognitionē inuisibiliū ascendere. ¶ Primus gradus esse debet in imaginatione sola. ꝛ nihil ratocinādo inuestigare

ꝛoriunt ab his q̄ sensu corporeo hauriunt. cū imaginamur. Q̄ q̄z multipharie ꝛ locūde sūt creature. ꝛ imaginatio in ꝯsiderationē addu/cit. ꝛ infert ammirationē ꝛ stuporē. ¶ Secūdus gradus dū illud qđ in imaginatiōe ꝯsi/stit ꝓcedit ratiocinādo. ꝛ p rōnem querim⁹ ꝛ inuenim⁹ rerū vtilitatē et ordinē. Et hic gra/dus est supior. eo q̄ ratio in eo opat. ¶ Ter/cius gradus est fm Rich. qñ ex sil'itudine re/rum visibiliū in speculationē rez inuisibiliuz subleuamur. ad Ro. i. Inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt intellecta ꝯspiciunt. ¶ Quart⁹ gra/dus qñ circa inuisibilia speculādo insistim⁹ ꝛ ea p experientiā cognoscim⁹ ꝛ intelligentiam capim⁹ ꝛ venim⁹ in ꝯsiderationē celestiū om/nibꝫ sensibꝫ remotis. eo q̄ tam a corpalibꝫ q̄z a tpalibꝫ magis elongam⁹. Jō iste grad⁹ est alīs pfectior. qz spūs in eo magis purificat ꝛ eternis vnit. ¶ Quint⁹ gradus est qñ super rōnem ꝛ nō pter rōnem in hac ꝓtemplatiōis speculatione ꝛ mētis subleuatōe ascēdim⁹ ad ea que ex diuina reuelatiōe cognoscimus. que nulla rōne humana plene inuestigare suffici/mus. talia sunt illa q̄ de trinitatis natura in illa simplici essentia credim⁹. ꝛ scripture auto/ritate pbamus. Et est gradus excellentior q̄ superat rōnem. ¶ Sext⁹ gradus versat circa ea q̄ sunt supra rōnem. ꝛ vident quasi ꝑ ratio/nem. ꝛ sunt pene oīa que de psonarū trinitate credere iubemur. de quibꝫ cū rō hūana ꝯsulit nihil aliud q̄z cōtraria vident. Iste gradus ē pfectior omnibꝫ. qz i eo pura intelligētia ope/rat que ad ꝓtēplationē diuīe essentie admitti/tur. ¶ Alio modo fm Ouīge. sup Lañ. c. ij. declarant grad⁹ ꝓtēplatōis. vbi dicit. Cō/templatorē rerum certū te iudico si p̄mo te p/ficit actio. Nam vbi activa vita terminat. ibi ꝓtemplativa inchoat ꝛ gradatim sursuz ten/dit. donec in visione intuitiva ꝯsummat. de q̄ Grego. v. moral'. Qui arcem ꝓtemplationis ascēdere desiderat. ꝑus necesse est vt in ope/re pfecte actōis se exerceat. Scōo de visibilibꝫ ad inuisibilia ꝓcedere. Ro. i. Inuisibilia dei ꝛc. Sap. xiij. A magnitudie speciei creature cre/ator eoz poterit videri. Bern. sup Lañ. Tan/ta formaz varietas atq̄z specieꝫ numerositas in rebꝫ creatis sunt q̄dā radij diuinitatis. Tertio mente oīa oblectamēta carnis trāscen/dere. ps. lxiij. Elongaui fugiēs ꝛ mansi in soli/tudine. s. nō delectādo in creatura. Quarto su/pra rōnem trāscendere ꝛ speculari ea que me/tas hūane capacitatis excedūt. vt diuinitatis naturā ꝛ simplicē ei⁹ essentiā. ꝛ est supra q̄ rōnē sed nō ꝑter rōnem. qz p intelligentia ꝛ capitur q̄ est supior intellectu. Nā fm Rich. Intelli/gentia est vis aīe qua de diuīs inq̄tuz possibi/le est cognoscit celestia archana penetrādo. et ꝓtēplative aīe acies acuitur. Quinto qñ trā/scendit sup omnia intelligibilia supra et ꝓtra rōnem. vt de trinitate. vbi intelligētia nō ha/bet locū. ꝛ ibi homo diu stare nō pōt. qz dicit Bze. v. moral'. qñ spūs sursum vehit. tūc mēs immēsitate luminis verberata reuocatur cuz internam dulcedinē degustat. amore estuat. ꝛ infirmitatis sue tenebras cognoscit. qz illō qđ ardenter diligit habere nequit. saltem pfecte. ¶ Diceres. que sequit talem ꝓtemplatōez vtilitas. Rñdet ꝑmo. qz spūs human⁹ dulci/ter ꝯsolat. Un Fortunat⁹. Nequaq̄z deus de/uore aīe se applicat ꝛ inclinat nisi totam se in ꝓtemplatione erigat ꝛ occurrat. Jō Damas. Qualis quis in futuro esse desert. talem in p/senti se exhibeat. exquo felicitas in futura con/templatione diuine essentie existit. Jō Lu. x. Maria optimā partē elegit. Rich. li. i. de cō/templatione. Que est ps optima quaz elegit maria. nisi videre ꝛ vacare q̄z suauis est dñs. Nam maria sedens sec⁹ pedes dñi audiebat verbū illius. summā itaq̄z sapiam in carne la/titantē. quā oculis carnis videre ñ poterat au/diendo intelligebat. intelligendo videbat. qz credebat. ꝛ in hunc modū sedendo ꝛ credēdo ꝛ audiēdo summe veritatis ꝓtemplationi va/cabat. Nec est ps que electis ꝛ pfectis nunq̄z auferet. qz ꝓtemplatio i hac vita inchoat. ꝛ in futuro auget ꝛ in ꝑpetuū celebrabit. ¶ Secū/do spūs humanus in ꝓtemplatōne deo fami/lianius ꝛ amicitius vnit. vt dicit Grego. xxv. moral'. Sepe misericors deus quos tenere di/ligit. eos sollicitius ab extraneis actionibus custodit. Nā pfamilias ad eū laborez suos dirigit a quo filios suspēdit. vt filij sine vexa/tione securi sint. Figurat Joh. vlt. vbi ihūs dixit petro de Johe quē diligebat. Sic eū vo/lo manere donec veniā. tu me sequre. vbi dicit Aug⁹. Per hos duos apl'os significant due vite. Cōtemplativa p iohem. Activa p petrū. Ecce iniūxit petro. tu me sequere. vbi di. Hie/ronym⁹. p passionem debere sequi petrū. Ecce activa petri in labore. Contemplativa iohan/nis intellecta in requie. vna i operatione actio/nis. altera in mercede contemplationis. vna declinat a malo ꝛ facit bonum. altera nullum habet malum quo declinat. sed magnum ha/bet q̄ fruat bonū. vnde vna cū hoste pugnat. altera sine hoste regnat. vna carnales libidies

vetat. alia spūalibꝫ ꝛlectationibꝫ vacat. vna subuenit indigenti. altera ibi est vbi nullū inuenit indigentē. hec Aug⁹. Ergo sic eū volo manere. Blo. i. nolo eū p martirū ɔsumma/ri. Orige. Hec vita ɔtemplatiua est summū beneficiū qđ aīe ɔferri potest in hac vita. z habet pfectissimas ꝛlectationes annexas. Naz alie ꝛlectatiōes hñt fastidium spūs. Prou. xiij. Extrema gaudij luct⁹ occupat. ¶ Tercio spūs human⁹ in itinere vite ɔtemplatiue somno quietat et vigilia illuminat. Figurat Genes. xxxij. Jacob q̄ q̄nq; dicebat luctator post luctū z somnū ɔtemplatōis vocatus est israel. i. videns ꝛū. eo q̄ tam i luctu q̄ in somno ɔtēplatōis didicit videre spūalia. Unde dixit. Vidi dñm facie ad faciē. Unde Hugo lib. iij. de claustro aīe. Tunc ex iacob fit israel q̄n post fudationem bone opationis venit ad lucē ɔtemplatōis. ps. xij. Tūc exaltabit iacob et letabit israel. Jacob. id est vita actiua luctat ɔtra vicia. emarcuit neru⁹. i. nō occidit spūs in luctamine. sz tñ infirmat et fatigat. Psal. xxxvij. Afflictus sum z hūiliatus sum nimis. Per israel videntē vita ɔtēplatiua significatur. q̄ si dormit. i. ab amore et palliuz z seculi q̄escit cōtemplat celestia. Can. v. Ego dormio z cor meū vigilat. claudit oculos seculo. aperit christo. illie somn⁹ placet deo. Can. ij. Adiuro vos filie israel ne excitetis. ¶ Quarto spiritus facie pulcrificat. z visu clarificatur. Richardus libro ꝑmo de patriarchis. Duas legim⁹ vxores iacob habuisse. s. lyam z rachel. Lya fecundior. rachel formosior. Lya fecunda sed lippa. Rachel sterilis sz formosa. Spiritualiter. Per lyam actiua vita ad quam pti/net flere gemere suspirare. Per rachel vita cōtemplatiua que interꝑtat videns ꝑncipium. ad illā ptinet meditari. ɔtēplari. intelligere. z discernere. Rich. Quid dulci⁹ qđ locūdius. q̄z oculos mētis ad summe sapie ɔtemplationem erigere. Ex hac ɔtēplatōne summe sapie facies mentis pulcrificat. Exemplū de moyse. Exod. xxxiij. cui⁹ facies splendida facta fuit ex ɔsortio dñi intantū q̄ iudei videre nō potuerūt in eum. Bze. vi. moral. Vita ɔtemplatiua in aīa ɔtemplantis est speciosa. ꝓpter qđ dr Can. iiij. Tota pulcra es amica mea z macula nō est in te. ¶ Quinto spūs humanus dulciter z multipl'r reficit. Primo cibat z sortificat. Comedere g̃ spūal'r nihil aliud est ꝑm Greg. sup Ezech. q̄z supni luminis in ɔtemplationibꝫ pasci. Cant. ij. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. vbi Orige. Da mihi dñe fructū dulcem. fructuz vite aīe mee. altus es. extolle dñe desideriū meuz. benedict⁹ es. sanctifica ob sequentē. imputribilis es. purifica affectum. suauis es. letifica aīam. Scdo spūs reficit in potu z inebriat gr̃a. vñ aīa ɔtemplatiua gl'iatur. Introduxit me rex in cellam vinariam. Blo. id est in dulcedinē gr̃e. ita me recreatam sentio ab amore terreno⁹ in supna translatā. sed hanc refectionē spūs human⁹ ambulans in vijs actiue vite vix z raro experit. Unde Augustin⁹. Cōtemplatiui nō actiui gustare pnt sincerā bonā. Ad qđ gustandū necesse est a tumultu seculi cessare. qđ nō faciūt actiui. Et g̃ nō habent sensum gust⁹ exercitatū. ideo nō reficiunt spūaliter. Richardus de san. vic. Qñ p ɔtemplatiōis dulcedinē sup nos rapimur. quasi quoddā suauitatis vinū sumētes inebriamur z a nobisipis alienamur. nihil hac dulcedine iocūdius sentit. nihil animū ab amore mundi elongat. nihil mentē ɔtra temptationes roborat. ¶ Sexto spūs humanus in itinere vite ɔtemplatiue a labore vie releuat. z ꝑ diuinam allocutionē Lu. xxiij. Nōne cor nr̃m ardens erat in nobis dū nobis loqueret in via. Qđ exponit Greg. Christi audito sermone exardescit anim⁹. corpis recedit frigus. sic mens i celesti desiderio anxia ubet audire ꝑcepta celestia. z q̄t mādatis instruit. tot facibꝫ inflāmat. Jō Bern. Deus q̄si vie viatoꝝ itinerantibꝫ se socias oēm vie releuat labore. Rich. de san. vic. Tūc ad oēm laborē hilarescit. laborat nec lasciscit. festinat nec deficit. lacerat et nescit. irridet z ñ adūtit. hec ille. ¶ Septimo spūs in itinere vite ɔtēplatiue vltra oia inferiora mental'r in celestibꝫ elenat. Hugo in ꝑncipio lib. de claustro aīe. Cōtēplatio claustrū anime dr. in cui⁹ sinu dum se recipit āmodo sola celestia meditat. a terrenis separat. in domino delectat. angelica dulcedine pfruitur. legit in libro vite. ɔsiderat patris potentiā. filij sapientiaz. spūssancti clementiā. hoc nō facit spūs vite actiue. Bern. super Cantica. Licet anima in actione ad deum tendit ꝓpter deuz. tñ adhuc est sollicita z perturbata. Jō Aug⁹. ix. de trinitate. Spiritus in itinere vite actiue ab hmōi ɔsolationibꝫ impedit z amaritudinibus repletur. Unde Orige. super Cantica. Qui terrenis inheret inuenire nō potest nisi qđ in terris latet. s. amaritudinem z laborez. qui autem celestibꝫ inuenit dulcedinē z ɔsolationē. Sz omnis dulcedo repit in corpore xpi. Sap. xvi. Panē de celo pstitisti eis omne delectamētū in se hñtez. Sis g̃ ɔtemplatiu⁹

140

abstrahendo te a terrenis ⁊ adherēdo celestibꝫ

L Nota quattuor impediunt ꝓtemplationem. Unꝰ Bern. sup Cañ. Primū est sensus egens. s. egritudo corpis. qz aīa ad corpꝰ afficitur q̄ ꝓtemplari nō pōt. nisi dñs fecerit hoc ex gr̄a speciali. vt fecit paulo. Secundū impedimentū cura terrenoꝝ actuum. Unꝰ Bern. Sicut pulvis oculo iniectus nō sinit oculū clare videre. sic terrenoꝝ occupatio. Tertium culpa mordens. s. p̄terita vel p̄sentia. licet p̄cata sunt delēta. tñ impediūt sicut tenebre visum. sic omni tpe dolere debꝫ ⁊ flere sup̄ p̄cata. Quartū fantasmata corpaliū imaginū et hoc est difficilꝫ. q̄ requirit solitudo. Bern. Omnē optet ꝓtemplantē esse surdū. mutuꝫ ⁊ cecum. vt videns nō videat. audiens nō intelligat. i. nō secum p̄tet.

Sermo lxxxviij. Ad idem.

L Cipite et mā ducate. hoc est corpus meū. i. ad Thoꝝ. xi. Audistis quō accipe debꝫ hoc venerabile sacr̄m fideliter sine erroꝛe. sinceriter sine ꝓtagione. diligēter cū conscientie discussione. hūiliter cū timoꝛe. decenter cū recta intentōe. prudēter cū studiosa meditatione. feruenter cū deuota ꝓtemplatione.

Nūc octauo accipe debꝫ amicabilit cū charitatiua affectione. Dicit nanq̄ Augꝰ. de spiritu ⁊ aīa. Charitas est via dei ad homīes ⁊ hoim ad deū. Sz qz audistis q̄ ex charitate datus ē iste cibꝰ. ideo digne volēs accedere debet stare i charitate. Et bñ charitatiua affectio sequit ꝓtemplationē. qz p̄ficit eandē. Unꝰ Augꝰ. li. viij. de trinitate. c. penul. De quanto flagrantiꝰ deū diligimꝰ. de tanto serenꝰ eū videbimꝰ. ideo charitatiua affectio debet īmediate sequi ꝓtemplationē. De quo Hugo de angelica hierarchia. qz dilectio maioꝝ est q̄z intelligētia. plꝰ ei diligit q̄z intelligit. ⁊ affectio dilectionis intrat vbi sciētia foris stat. Aug. Nullū bonum p̄fecte nosc̄it quod nō p̄fecte amat. Ideo Eccl̄i. ij. Qui timetis deū diligite illū ⁊ illuminabit coꝛda vr̄a. q̄ charitatiua affectio sequit ꝓtemplationē tanq̄z p̄ficiēs eā

M Diceres. quę est charitatiua affectio. Rñdet Dyonisiꝰ. iij. de diuinis noibꝫ. Charitas est virtꝰ vnitiua amātis cū amato. sz affectus vel affectio sm Hugonē de san. vic. est spontanea quedam dulcis ipsiꝰ animi inclinatio ad aliq̄d. ⁊ sic variant amoꝛes sm variam inclinationē affectionū ⁊ motuū. Sunt em̄ sex affectōes vl amoꝛes quibꝫ inclinamur ad aliq̄d.

M Primus est affectꝰ naturalis. De q̄ Hugo dicit. Est cuiuslibet ad carnem suā. vñ Eph. v. Nemo vnq̄z carnē suaz odio habuit. sed nutrit ⁊ fouet eā. Phus. i. ethicoꝝ. Naturale est q̄ q̄libet diligit suū esse ⁊ opus suū. Itē matris ad filiū. Isa. xlix. Nū quid mater pōt obliuisci infantis. Item homīnis ad domesticū suū. q̄s em̄ domesticoꝝz curā nō habet. vt dicit apl's. i. ad Thimo. v. Fidem negauit ⁊ est infideli deteriꝰ. Hūc sane affectū sicut nō admittere impossibile est. ita eū nō sequi virtus summe est. nisi rōne regulet̄. semp em̄ iste affectus mollia suggerit ⁊ suauia. q̄ iocūdū q̄ terrenū q̄ voluptuosum q̄ delicatuz libenter amplectit̄. q̄ vero aspērum ⁊ voluptati ctrarium omni horroꝛe refugit. qz circa hui⁹ affectōis executioz amoꝛ puerilis est ⁊ a christo interdict̄. Mat. xvi. Qui amat aīam suā pdet eā. qui odit aīam suā in hoc mūdo in vitā eternā custodit eaz. Augꝰ. Si male amaueris tūc odisti. si bene oderis tūc amasti. p̄s. x. Qui diligit iniq̄tatē odit aīam suā. Naturale est q̄ homo erga se ⁊ suos affectū habet. sed amoꝛē sm affectū habere nō debet. sz sm rōnez. hec ille. Idcirco ab isto affectu naturali differt affectio charitatiua. qz illa innascit. ista infundit a deo

Secūdus affectus est carnal. de q̄ Augꝰ. Carnalis affectus ē plerūq̄z neq̄z virtꝰ neq̄z vicium. sz est q̄dā exteriozis hois habitudo. animuz sibi intuētis inclinās facile. vt cum videt̄ forma alicuiꝰ elegantioꝝ. fmo audit suauioꝝ. venustus aspectꝰ. ⁊ sic quocat affectuz. H est q̄d in puero moyse apparuit Exo. ij. Qui ꝓpter elegantem formā tribꝰ mensibꝫ ꝓpter p̄ceptū pharaonis abscondebat. ⁊ a filia pharaonis in filiū fuit adoptatus. Etiā carnalis affectꝰ ad noxiā voluptatē in quālibet speciem suauitatis male cōpungit. sicut carnalis affectus fuit dauid in speciem bersabee. Hic abstulit sapientiā salomonis ⁊ ad ydoloꝝ culturā ciecit. talis affectꝰ nō habet nomen veri amoꝛis Eccl̄i. xvij. Nil nequiꝰ q̄z q̄d caro excogitare pt. Ro. viij. Qui in carne sunt deo placere nequeunt. Dyonisiꝰ. Amoꝛ carnalis est anxietate plenus. affectio charitatiua plena iocūditate Unꝰ Rich. iij. de trinitate. Sicut charitate nihil est melius. ita nihil iocūdius

Tertius affectꝰ ē officialis. De q̄ Hugo. Officialē affectum dicimꝰ cū animꝰ alicuiꝰ ꝓpter munera vel obsequia ad aliquē sit inclinatꝰ. Et talis affectꝰ licet sit periculosus ne sit ingratꝰ caudū

est ne dimit⁹ muneribꝫ. allect⁹ obsequijs fo/uet viciosa. ḡ necessariū est videre vt dilectio que oriḱ ex tali affectu sic fiat vt diligat ille q̄ in ꝑtutibꝫ est adornat⁹. ꝛ retributio ꝑm ratio nem ꝛ nō ꝑm affectū impendat. Et ob h̄ mul tum differt charitatiua dilectio ꝛ affectio. qz ista q̄rit q̄ sua sunt. sed charitas nō querit sua.

¶ Quart⁹ est affect⁹ rōnalis. Hugo. Et est q̄ ex virtutis ꝓsideratione oriḱ. s. cū oculis nr̄is alicui⁹ hois virtutē videm⁹ vel famā diuul/gatā mēs nr̄a dulcedinis suauitate pfundit. Sequit ergo. h̄ est affect⁹ cū nos audita mar tyrū passione suauissima deuotiõe cõpungi/mur. ꝛ ad ꝑimi dilectionē accendimur. Ille affect⁹ est pfectior alijs. qz ꝓcedit exēplariter ex iudicio virtutis. Ab isto affectu differt af/fectio charitatiua. qz ista mediāte rōne ab ex/emplis exterioꝛibꝫ oriḱ. affectio charitatiua a spūsancto ad amādum etiā pctōres inflāmat.

Herodes in suo conuiuio tria vicia habuit. Primo celebrauit die natalis qđ fieri nō debuit. Inno. quia miseri nascimur & ignari. sine fructe debiles flebiles imbecilles. Ideo Symon de cassia. Ue q̄ cū leticia hui⁹ mūdi celebrant ingressum obliuioni tradētes egressuz. vterq; turpis & plen⁹ miserijs. ille ad tpalitatē iste ad eternitatez miserie. vel gl'ie. Eccl'e. vij. Melius est ire ad domū luctus q̄z ad domum conuiuij. Nā in illa finis cūctoz admonet hominū. & viuens hō cogitat qđ fact⁹ sit. Raban⁹. Nullū legim⁹ die natalē obseruasse nisi herodē & pharaonē. vt quoz erat par impietas erat par solēnitas. & solēnitatem sanguine feda bāt. sic herodes tāto nequi⁹ q̄sto scīm veritatis doctorē occidit. Bre. Filij hui⁹ seculi natalem celebrāt. qz pst mortē gaudia eis non restant. Sācti aūt p natali mortē cogitāt. quia nascūt p oīa ad vitā eternā. Jō Eccl'e. xi. Si annis multis vixerit hō. & in his oīb⁹ let⁹ fuerit meminisse debet tenebrosi tpis & dieꝝ multoz. Eccl'i. vij. Memorare nouissima & in eternum nō peccabis. Tertiū peccatū in cōuiuijs est saltatio & chorea. de q̄ text⁹. Cū introisset filia herodiadis & saltasset & placuisset herodi simulq; recūbentib⁹. Filia adultere intrauit ex dispositione matris & herodis. & vna cū alijs saltauit choriſando. in q̄ herodi complacuit licet male choriſauit. Symon de cassia. Placēt mala malis. iniqua iniquis. impudica impudicis. inhonesta inhonestis. vana q; vanis. Remigi⁹. O quot sunt hodie mulieres nō solū diuites sz & pauper filias suas impudice nutriētes. sicut ista. nō instruētes pudorem & honorē. docentes citi⁹ saltare q̄z orare vel sermonē visitare. cum tñ chorea est fugienda. Primo ſm Guil. lugdunen. Chorea est circulus cui⁹ centrū est diabolus. qz diabolus est i medio eoz. & exacuit gladiū suuz ad occisionē aiaꝝ. Piero. Gladi⁹ ignea⁹ species mulieris. Eccl'i. ix. Propter speciē mulieris multi perierunt. & sic herodes in corpe & anima perijt. Scđo ibi diabolus operatur ignem concupiscentie. Nā cōportat ignē & stramen. Prou. vi. Nunqđ gerit q̄s ignem in sinu suo vt nō ardeat. sic q̄ ingredit ad mulierē proximi nō erit mūdus cū tetigerit eā. Eccl'i. ix. Cū saltatrice ne assiduus esto. habet em̄ venenosum sibilū afflatū cirenarū. Colloquium illi⁹ q̄si ignis exardescit. Prou. v. Fauus distillans labia meretricis. nouissima illi⁹ amara q̄si absinthiū. Tertio diabolus apportat i chorea potentioza arma sua. Quge. Mulier est initiū peccī. expulsio paradisi. arma diaboli. Nā diabolus nō potuit vincere iob varijs tribulationib⁹. vexauit tñ eū p mulierē. Job ij. Adhuc permanes in simplicitate tua. bñdic deo & morere. Nā dr Prou. vij. Multos vulnerauit & iecit. et fortissimi interfecti sunt ab ea. Chrys. Estimo in hoc mūdo nullā bestiaz compabilem male mulieri. Quid leone seuꝰ dracone atrocius. nihil iuxta mulierez mālā. de quo Eccl'i. xxv. Cohabitare draconi & leoni melius est q̄z cū muliere mala. Chrys. Neputes sapientem virum in ironia dixisse. Exreb⁹ discere manifesti⁹. Danielē in lacu leones reuerити sunt. Justū vero naboth iesabel interfecit. iij. Reg. xxi. Let⁹ ionā in ventre custodiuit. Dalida samsonez crebrius circumuenit. Dracones & aspides ioꝟem in deserto manentem tremuerūt. herodes cū filia iohannis caput abscidit. Quarto in chorea nec christo nec sancto q̄s seruire pōt. qz ibi querit cōplacentia hoim. q̄ cū cōplacentia dei stare nō pt. ad Gal'. i. Si adhuc hoib⁹ placerē xpi seruꝰ nō essem. eo q̄ scribit Mat. vi. Nemo potest duob⁹ dñis seruire Quinto in chorea oēs sensus ad petā incitant. ibi est visio vanitatis. auditus mūdialitatis. tact⁹ carnalitatis. sensus bestialitatis. ibi omnes sensus inficiunt. iō a talib⁹ debem⁹ nos abstinere p meditatiōnē triū. Q Primo meditādo vbi sum⁹. qz in valle lachrimaꝝ. de q̄ ps. lxxxiij. In valle lachrimaꝝ i loco quē posuit. Unde Aug⁹. In hoc exilio sum⁹. quo fine claudimur nescimus. nā vndiq; miseria. si hō respicit sursum videt celū vbi nō est. si deorsum videt terrā in qua putrescere debet. si ad dexterā pſperitatis. tūc implet illud psalmiste ps. xc. Cadent a latere tuo mille. & decē milia a dextris tuis. h̄ est vbi mille peccant in aduersitate. ibi decē milia in pſperitate. si hō respicit ante se videt viam fallendi & decipiendi. i. Joh. v. Totus mūd⁹ in maligno positus est. si retro tūc implebitur illud Baruch. iij. Ubi sunt q̄ ante tpa fuerūt Thesauris auerūt aurū & argentuz. dormierūt & alij in locū eoz surrexerūt. Idcirco possum⁹ dicere cum psal. cxxxvi. Quō cantabim⁹ canticum dño in terra aliena. i. gaudiū in pſenti vita. cum scribit Lu. vi. Ue vobis qui hic ridetis qm̄ lugebitis & flebitis. Eo q̄ dicit Bre. in omel'. Presentia gaudia sequunt perpetua lamenta. Secūdo meditari debem⁹ quo tendimus. qz ad mortem. Aug⁹. Presens vita nihil aliud est nisi cursus ad mortem. quia homo nascitur vt moriatur. Tertio meditari

dẽm⁹ q̃o in chorea pecc⁹. Naz si homo nimis afficit̃ p cõplacentiam in talib⁹ pecc̃at mortaliter. qz dicit Aug. Nullũ pctm̃ venia le qđ nõ fiat mortale dũ placet. s. eque deo vel vltra deũ. Aug⁹. Dis mot⁹ seu salt⁹ pcutlãtie est salt⁹ in pfundũ cloace. i. inferni. de q̃ Job. xxi. Tenẽt timpanũ z cytharã. gaudẽt ad sonũ orgam. ducũt i bonis dies suos. z i punc̃to ad iferna descẽdũt. ¶ Sexto vitãda ẽ chorea ppt̃ plura alia pcta̅ que ibi oriunt̃. Prio ibi orit̃ superbia. qz mentis elatio ad cõplacẽtiã hoim. q̃les fuerũt filie hierl'm. Isa. iij. Eleuate sunt filie syon. ambulauerũt extento collo. nutib⁹ oculoz ibãt. pedib⁹ suis cõposito gressu incedebãt ꝛc. scz vt cõplacerent hominib⁹. Unũ ps. lij. Qui hoib⁹ placẽt confusi sunt. deus spreuit eos. Scđo in chorea oritur auaricia. Cũ vident ornamẽta vestiũ alioz. illa contra deũ affectant. qđ phibẽt Exo. xx. Nõ concupiscas rem proximi tui. Tertio luxuria. qz ex ornatu vestimentoz mulieꝝ incendit̃ concupiscentia viroz. z ex collocutione eaz. Eccli. ix. Spẽm mulieris aliene multi admirati repro bi facti sunt. Colloquiũ illi⁹ q̃si ignis exardescit. Jo. ibidẽ. Uirginem ne conspicias ne forte scãdalizeris in decore ei⁹. Quarto ibi orit̃ inuidia. si vna plus honorat̃ q̃z alia. Quinto ira z mẽtis cõmotio. Aug⁹. de. x. chordis. Meli⁹ est die dñica arare q̃z chorizare. meli⁹ est. i. minus malũ. capiendo cõparatiuũ improprie. die dñica lanã texere q̃z die dñica impudice saltare. Jo. grauitas hui⁹ pcti patet ex vindicta et plaga facta. Exod. xxxij. Ubi vigintitria milia hoim chorizantiũ ad vitulũ aureuz occisi sunt. ¶ Uñ q̃tum displicet deo chorea legit in li. de septẽ donis. Quidã iuuenis nobilis deo deuot⁹ a iuuẽtute pstrat⁹ coram cruce orauit. occurrebat sibi i mẽte qđ eẽt qđ hoiez magis alliceret ad pctm̃ in q̃ de⁹ plus vitupar̃t. dũ sic lachrimis orauit vidit iuuenẽ pulcerrimũ z cũ eo chorizationẽ magnã q̃ transiẽs circa crucẽ. In p̃mo circũitu q̃libet dabat vnuz ictũ sup clauos crucifixi. cũq; facerẽt scõm circũitum coronã de capite xpi sumẽtes crucifixi pedib⁹ inculcabãt. in tertio circũitu plancⁱ⁹ ei⁹ deridebãt. quarto in faciẽ ei⁹ inspuebãt. q̃nto latus eius pforabãt. in sexto blasphemabãt. Quo facto inuenis q̃ duxit chorezã ait ad illum. Rogasti deũ vt onderet tibi qđ pl⁹ allicit hoiem ad pctm̃ in q̃ de⁹ plus vitupẽrat̃. Jdeo ego q̃ sum p̃nceps inferni z chorizatoris expẽcto veni huc cuz ministris meis vt tibi exponam qđ rogasti. Primo extẽsio brachioz fit in vituperiũ extẽsionis brachioz xpi in cruce. Scđo p sertũ inculcat̃ corona capit̃ christi. Tertio p cantũ vitupat̃ plancⁱ⁹ xpi. Quarto p ornamentũ inspuit̃ xps. Quinto p leticiam cordis aperit̃ latus xpi. Uide miser saltator z ignobilis saltatrix q̃ peiores estis iudeis qui xpm crucifixerũt z deriserũt in terris trãseuntẽ. vos aũt nunc in dextra pris in celo residentẽ. Rex ait puelle saltanti. Pete a me quid vis z dabo tibi. z licet dimidiũ regni petieris. Hiero. Hoc dixit herodes nõ tã q̃z liberal'z fraudulent⁹. Jdeo xps eũ vulpẽ appellauit Luc. xiij. Dicite vulpi illi. Ecce eijcio demonia z sanitates pficio hodie z cras. z tertio die consummor. Symon de cassia. O vtinã illa suũ oculum caput vel linguã postulasset. vl'i mris intentũ nequaq̃z consensisset. z poti⁹ mortẽ subire dereuisset. nõ verisile est q̃ ppter saltationez vni⁹ puelle promisit sub iuramẽto dimidiũ regni. Que cũ exisset dixit matri sue. qđ petã. at illa caput iohis baptiste. Ecce mala doctrina matris que filiam docuit dedere fraudem deo. docuit eã fore cãm homicidij. O vetulib⁹ Luc. xxiij. Nolite flere sup me ꝛc. beate steriles q̃ nõ genuerũt. Item sup hec vba qđ petã. O infidelis mater nõ egit fidelit̃ erga filiã. Nico. de lyra. Parẽtes tenent filios aut filiab⁹ duo. scz nutrimentũ z documentũ. ¶ Prio nutrimentũ. hoc em̃ ondit natura in singul' alia lib⁹. q̃ naturalẽ inclinationẽ hñt ad suoz pulloz educationẽ. Scđo documẽtũ Eccli. vij. Filij si sint tibi erudi illos. z Deut. vi. De pcepti⁹ narrabis ea filijs tuis. Jsta crudelis mr̃ nõ sic fecit. sz vitz sanctũ ad mortẽ pduxit. O q̃t sunt tales matres q̃ negligentes sunt insoz mare filias suas z diligũt qđ ab eis trahit. scz corp⁹. sed nõ diligũt h̃ qđ dei ad imaginẽ suã creauit. s. aiam. Hiero. Suasit mater vt hẽret illã sanctã linguã que p̃mo pdicauit dei regnũ. q̃ ipse arguit adulterũ. cũ introisset cũ festinatõe ad regẽ. Christ⁹. Intrat q̃si bestia ñ puella. q̃rit amputare ñ saltare. discrepit fera nõ femia cũ festinatõe prona ad malũ. tarda ad bonũ petiuit dicẽs. Uolo vt p̃tim⁹. i. statim timuit ne herodes resipiscceret. in disco caput iohis baptiste. Ecce quãta inuerecũdia ille puelle. caput hois decollari petit. qđ alie vgines caste horrent. h̃ publice portare ad comuniũ nõ verecũdat̃. Item erat audacis neqcie mulierc̃ule postulare caput viri sctissimi. quẽ ppls pphãm xps plus q̃z pphãm appellauit. Hec est illa nequicia de qua Eccli. xxv. Nõ ẽ caput nequi⁹ sup caput colubri. neq; neqcia

187

De decollatione Johannis bap.

sup nequicia mulieris. Cōtristat⁹ est rex ppt iusiurandū. Symon de cassia. O impie herodes vñ tristaris. si male iurasti multa decretū. si bonum iurasti qre vultum ꝯfundis in cōuiuio. Beda in omel'. Tristicia herodis nō est absolutio sed ꝯfessio. sceleriter vultu cōtristabat. sz mente letabat ppter iusiurandum.

¶ Dicit san. Tho. in. ū. q. lxxxix. ar. iij. Ad iuramentū req̄runt tria. Prio necessitas nō ex leuitate. mō nulla hic necessitas. Scdo veritas. imo ħ ñ fuit. Tertio honestas. i. licitū modo ħ est illicitū occidere innocentē. iō subdit. ppter discūbentes noluit ꝯtristare eā Raban⁹. Sub excusatiōe pietat̄ impi⁹ fuit. cuz iuramēto scelus excusauit. sz minus malū fuisset periurii incurrere. q̄z iuramentuz seruare et innocentē occidere. Itē ppter discūbentes meli⁹ fuisset verecūdia coz̄a hoib⁹ q̄z nūc coz̄a deo z angel' ei⁹. Itē meli⁹ fuisset filiā ꝯtristari q̄z cū vxore z filia ad ppetuā tristiciam venire. O q̄t sunt hodie q̄ vxorē z filios nolūt cōtristare i vsura. Chrisō. Si formidauit testes deiurationis. q̄to magis inimicā occisionis. Et sic iurant ciues leges legū dei ꝯtrarias obseruare estimātes se esse ꝑiuros si leges suas iuratas frangerēt. Scdo subiungit ei⁹ decollatio lachrimosa. ibi. misso spiculatore. i. occisore ꝑcepit afferri caput ioh̄is baptiste in disco. i. scutella. Discus dr quasi dans escas. Remigi⁹. Minus pctm̄ est causa maioris. luxuriā nō extinxit. ideo ad reatū homicidij descendit. et decollauit eū in carcere ¶ Nota ei⁹ decollatio fuit cū mlta deuotōne. qz cū decollari debuit. stabat ioh̄es in medio carceꝛ z voce magna clamauit di. Dñe de tibi cōmēdo spūm meū. Subdit. attulit caput ei⁹ in disco. Hoc sanctū caput in q̄ fuerūt trati oculi q̄ totiens xp̄m z spūm sanctū in specie colūbe intuebāt. in q̄ fuerūt aures q̄ voce p̄is audierūt. in q̄ labia q̄ totiēs xp̄i testimonia firmauerūt. i quo lingua q̄ dulcite⁊ appropinquationē regni celestis clamabat. Subdit. dedit illud puelle. z puella dedit matri sue. Chrisō. Decollat⁹ sanctus dat incestui. tradit adulrere. adijcit saltatrici. vinū transit in sanguinē. fun⁹ apponit i natali. z uiuiū mutat in homicidiuz. organa vertunt in fim⁹. Chrisō. O speculū diabolicū cōuiuiū sathanicū. caput ioh̄is aufert. causa oblationis nō reddit. nō sententiat. sz i disco ad cōplementū odij feiaz ꝑducit tanq̄ ꝑ civ apportat. O q̄tū crimen adducit fornicatio z adulteriū. i. Chor. vi. Fornicatores et adulteri regnū dei possidere nō ꝑnt. Jō excla-

mat eccl'ia di. Eh quo mozit iust⁹ q̄si ñ sit deo dilectus. Bze. in mozal'. Nō sine grauissima admiratione ꝑpendo q̄ in vtero matris ꝯsecratus. inter natos mulierum nō surrexit maioz. ab inimicis in carcerez mittit. ꝑ puelle saltu capite trūcat. Qñ in cibo vl' potu peccauit q̄ locustas mel siluestre comedit z aquam bibit. Si ħ de⁹ ꝑmisit sup illū. q̄d illi q̄ reprobi Et illo q̄s colligat q̄d illic sint passuri q̄s reꝑbat. si ħ ita cruciat q̄s amat. Jō bonos facit ħ pati in infimis vt remuneret i supmis. Quo audito discipuli ei⁹ venerūt z tulerūt corp⁹ z sepelierūt illud in monumento apud sebasten i palestino inter heliseū z abdian ꝑphas. Dic̄ mgr̄ in hystoria eccl'iastica. Joh̄es vinctus z decollatus achironta z sebasten q̄ olim dicebat samaria sepult⁹. sz caput in hierl'm portatum fuit z iuxta domū herodis recōditū. Sz cū ad tumulū ei⁹ multa miracula fiebant. iubente iuliano apostata gētiles ossa ei⁹ spargebāt. z cū miracula ñ cessarēt. post ħ collecta et i igne ꝯcremata i puluerē redierūt z ꝑ aquas ventilabāt. vt dr in hystoria eccl'iastica. z dū colligerēt quidā monachi se imiscuerūt z magnam partē tulerūt ad philippū hierosolimitanū epm. Et digit⁹ cōburi nō potuit q̄ indicauerat xp̄m di. Ecce agn⁹ dei. Et sicut tractauerūt beatū ioh̄em. sic ipsi male perierūt. Herodes in exiliū missus a cesare gayo. herodias dedit ptāez redeūdi in terrā suā. Ipsa aūt voluit herodē imitari dicēs. q̄ illuz cui cōunicauit in ꝑsperis non derelinq̄ret in aduersis z sic in exilio miserabiliter vitā finierūt. hec in hystoria scholastica. Filia ꝓo eius sup glaciē ambulauit. z sub ea glacies resoluit. z ipsa in aquis suffocat. In cronica dr q̄ ipsam terra viuā deglutiuit. De ea potest intelligi sicut de egyptijs in mari rubro submersis. de quibus ps. Deuorauit eos terra.

Sermo exx.
Ad idem.

Mille tractaue

rūt eū q̄ de vtero mris ꝯsecrat⁹ est ꝓpha Eccli. xlix. ¶ Arbores de q̄to in mōtib⁹ stāt altioribus. de tanto ampli⁹ quassant a vēto. Spūal'r. per arbores intelligūt hoies Mat. vii. Videō hoies velut arbores. qz hō ē arbor trāsuersa. Hi de q̄to sunt altiores i mōtib⁹. i. ꝑfectib⁹. de tāto magis vēto tēptatōis z ꝑsecutōis q̄ssant. Jnno. Nemo in hac peregrinatione potest viuere sine

temptatione ij. Thi.iij. Omnes q volūt pie viuere in xpo psecutionē patient. De q etiam Judith.viij. Oēs q ab initio placuerunt deo p varias tribulatōes transierūt fideles. Bre. De quāto qs alti⁹ rapit in gra z in ꝺēplatione. tanto acrius z ampli⁹ fatigat in temptatione. Talis fuit sctūs iohes. O q magn⁹ fuit in gra. ita q habet nomē a gra. z temp⁹ gre ab eo euāgelisat. Mat.xi. Lex z pphete vsq ad iohem ex eo regnū dei euāgelisat. ita q angel⁹ dixit Luc.i. Erit magnus coram dnō. Et dns p se eum cōmendauit Mat.xi. Inter natos mulierū nō surrexit maior iohāne baptista. Chrys. Circūspice totā sectā nazarenorū. nullū puriorem. nullū floridiorē iohe inuenies. Johānes maior homine. par angelis propter puritatem angelicam. Dignus fuit xpm baptisare. z tn acriter psecut⁹ z male tractat⁹ De q thema. Male tractauerūt de. In verbis pmissis duo innuunt. Primo crudelitas herodis malicioſa. ibi. male tractauerūt eum. Scdo sanctitas iohis copioſa. ibi. q de vtero matris. A. De pmo dicit. Male tractauerūt eū. quis iohes in vtero matris fuit sanctus z nulli vnq nocuit. tn multos habuit p secutores q ei⁹ sanguinē sitiebāt. pharisei ei inuidebant. Herodes eū occidere volebat. herodias ei insidiabat. filia ei⁹ caput suum petijt. Vi oēs male tractauerūt eū. Reuera male tractatus est beat⁹ iohes in vita. in morte et post mortem. Primo i vita z hoc triplicit. Primo ab herode antipa. qui misit z tenuit eum z vinxit in carcerē. Chrys. Qui vincula soluebat peccatorū. pctōris vincula detinet vt vincta venia locū venie nō inueniat. O q grauiter peccāt q innocētes vincūt z incarcerant. vt dicit sctūs Tho. in. ij. q. lx. Exq naturaliter homo habet libertatē de⁹ reliq eū in manu cōcilij sui nisi hō abutat libertate sua. ppt quez abusum merito pdit ꝓuilegiū. de q Bre. in registro. Priuilegiū videt amittere q concessa sibi abutit ptāte. vt q adulterat. fornicat. furatur. occidit de. Tales faciūt detrimētū cōmunitati. z pnt a iudicib incarcerari. Sz homo qui ꝓuilegiū libertatis nō pdidit incarcerari nō debet. q hoc est restringere libertatē naturalem hois qua deus vult eū gaudere. z p ꝺse quēs tales ita incarcerātes hoies agūt cōtra dei ordinationē z frangūt homini libertatem quā de⁹ dedit. idcirco male tractauit eū. q in carcerauit eū. Scdo male tractauit eū p/pter cām illicitā ppt quā incarcerauit. Marci.vi. ppter herodiadē fratris sui vxorē. q ducerat eā. de volūtate tn ipsi⁹ herodiadis. et h erat illicitū fm legē. vt viuēte fratre hr̄et vxorem fratris sui. Idcirco arguebat eū iohānes di. Nō licet te hr̄e vxorē fratr̄ tui. Symon de cassia. Si honestatis iusticiā violasset in q̄cūq hoie. saltē deberet custodire in fratre. si vitu perasset pudicitiā i alia muliere zelare debuit i fratris vxore. Est em̄ pceptū Exo.xx. Nō cōcupiscas vxorē pximi tui. multo min⁹ fratris. et Leui.xviij. Turpitudinē vxoris fratr̄ tui ne reueles. q turpitudo fratris tui est. z ppter hoc habebat eum exosum. Symon de cassia. Exosum habebat quē diligere debebat. medicū pati nō poterat q eū sanare volebat. B Diceres. ad quem ptinet corrigere adulteria. Rñdet. in adulterio sunt duo videnda. Primo put est ꝺtra eccl'ie sacramentū. z ita i oib accessorijs ptinet ad iudicē eccl'ie. vt h̄ de iudicijs. c. dispendiosam. in cle. Alio mō prout introducit furē in policiā. q mulier ꝺcipiens in adulterio. puer ita nat⁹ sortit hereditatē. et furat legitime natis ptez hereditariā. z ita est de foro ciuili. de quo h̄. xxiij. q. v. Rex ꝺz furta cohibere z adulteria punire. Sz hodie nec spūales nec seculares puniūt. sz magis dissimulāt. videant ne eos deus puniet. q scribit ij. Re. xx. Quia dimisisti virū dignū morte de manu tua. erit aīa tua p aīa illi⁹. xxiij. q. vij ca. legi. Nō est crudelitas sed pietas p deo punire crimina. Nā h pctm̄ est valde reprehensibile. quia deus maledixit. Deu. xxvij. Maledictus qui dormit cū vxore alteri⁹. z quō ei bene succedere debet. z Deu. xxij. Uterq morte moriatur. Et hoc pctm̄ iohes corripuit. ideo male tractatus fuit. Chrys. Herodes libidinis facibꝫ ardens perire maluit q̄z redire ad pniam. Osee.vij. Omnes adulterātes qsi clibanus succensus q ardet i impudico amore. nihil apparent eis valere opa ꝺtra ꝺuginū respectu operum adulteriū. h iohes arguebat. ergo in carcerem positus. Tertio iohes fuit male tractatus ab herodiade. q herodias insidiabat ei. Dicit enim Nico. de lyra. q timebat ne herodes ad pdicationē iohis peniteret. z ea marito suo redderet. ideo q̄rebat eū occidere. z nō poterat p turba. q sicut pphaz eū hēbāt. O q̄t sunt hodie tales q ppter hoies magi dimittunt pcā q̄z ppt deū. hoies verendo z nō deū. De quib Jsid. Aliud est nō peccare dei amore. aliud timore supplicij. ille mercedē boni opis accipit. sed iste solū metu penaꝝ iusticiā inuit⁹ custodit. Aug⁹. Nemo inuitus bene facit. z si bonū est quod facit. Nā in tali homie. hoies z nō

De decollatione Johannis bap.

deum timente viuit peccādi volūtas si sperare impunitas. ¶ Dixi secūdo male tractauerunt eū in morte. qz in conuiuio a saltatrice petitus ad mortē. Nam herodes z herodias magnis conatibꝫ cogitabāt de opportūitate. z venit eis in mentē de die natalis herodis vt conuiuiū faceret pncipibꝫ tribunis z pmis galilee. Symon de cassia. Ue q̄ cuz leticia huius mūdi ingressum celebrant oblitioni tradentes egressuz. vt ptz in p̄cedēti sermone. Itē male tractat⁹ fuit. qz ꝓpter cōplacentiā mulierꝭ chorisantis tradit⁹ ē morti. Itē ꝓpter piuriū. nā licet iuramentū sm se est licitum. Deu. vi. Dñm deū tuū timebis et p nomē ei⁹ iurabis. Aug⁹. in li. ctra mendaciū dicit. Si peccatū esset iurare nō dictū fuisset in lege. redde dño iuramēta tua. sed nō pōt fieri iuramēti reddi tio. nisi ꝑus p̄cesserit fides. Dicit sanct⁹ Tho. ij. ij. Ex vera fide est iuramentū introductū qua credūt hoīes deū hr̄e infallibilem veritatem. z oīm vniuersalē cognitionē. z ipm in testem dictoꝝ suoꝝ inducūt. sicut cuz q̄ fallere n̄ pōt z oīa nosc̄it. ideo ꝓpter defectū hūane charitatis. z ꝓpter defectū hūane cognitionis que nō cognoscit occulta. Jō Alexander de halis. Jurare est deū in testē inuocare. ¶ Diceres. cū q̄s assumit in testē tūc h̄ fit ad illum finem vt manifestet veritatē circa ea que dicūt Rñdet sctūs Tho. in. ij. ij. q. lxxxix. di. Sepe manifestat de⁹ in p̄senti volenti iurare. Primo p intimā inspirationē incutit timorez ne iuret. Secūdo p facti denudationē cuz fiunt publica que fuerūt occulta. Tertio p pnā mētientis. tūc simul est testis z iudex. si nō in presenti phibet testimoniuz certitudinaliť. faciet in futuro. cū implebit illud. i. Tho. iij. Illuminabit abscondita tenebraꝝ z manifestabit cōsilia cordiū. Jdeo sm se iurare est licitū. Dicit nanq̄ sctūs Tho. in. ij. ij. q. lxxxix. arti. ij. Juramentū in se nō est malū. n̄ cedit in malum ei q̄ eo vtit inconuenienter. sicut sumere eucharistiā est bonū sm se. n̄ malum illi q̄ indigne mādūcat. sic in ꝓposito qui male iuramento vtit. Jdeo ad rectitudinē iuramenti requirunt tria. de quibꝫ Piere. iij. Jurabūt in veritate iusticia z iudicio. qđ exponēs sctūs Tho. in. ij. ij. q. lxxxix. ar. iij. Juramentū debet habere tres comites. ¶ Primo debet habere iudicium discretionis ex pte iurantis. vt hō discernat seipm. nec leuiter iuret. sz cū maturitate z deliberatiōe cōsciaz discutiat. al's irreuerentiaz faciet deo. Aug⁹. in li. ctra mendaciū. Nō dico nō iurare. sed nō leuiter iurare. nisi magna necessitate cōpulsus. ¶ Secundus comes licīti iuramenti ē veritas. vt sit verum qđ iuratur z q̄ veraciter intendat facere. z nō aliter sentiť corde q̄z iurat ore. Hze. xxvi. moraľ. z habeť. xxij. q. v. hūane. Humane aures talia ꝓbant a iudicāt qualia foris sonant. Diuina vo iudicia talia foris audiūt q̄lia corda timis pferunt. Jō Chrys. z habeť. xxij. q. v. iuramēti. Juramenti hui⁹ cā est. qz omnis q̄ iurat. iurat ad h̄ vt q̄ vez est qđ loquať. z Jsid. z habeť. xxij. q. v. q̄cunqz. Quacunqz arte verbꝝ q̄s iurat. deus tn̄ qui cōscie est testis ita accipit. sicut ille cui iurat intelligit. Et dupliciť peiurus reus fit. qz nomen dei inuanum assumit. z p̄imū dolo capit. z sic incidit periuriuz. qđ fecit herodes. Nā in suo iuramēto nō fuit necessitas nec veritas. sed mendaciuz Piero. Nā iurauit vt occasionē occidendi h̄ret. z sic fuit periurus. Magister in. iij. sen. dist. xxxix. Periuriū est mendaciū iuramēto firmatum. Aug⁹. de ꝓbis apli. Nō solū ille peiurat q̄ sciens falsum iurat. sed etiā ille q̄ iurat verū qđ credit esse falsuz. qz intendit fallere. ¶ Tertiꝰ comes licīti iuramenti est insticia. ita q̄ iustū sit qđ iurat z licitū. z nullā includit iniq̄tatez inq̄ntum potest apparere rōni dum iurat. Si enim iurat qđ in se peccatū est vt adulterium facere vel hoīem occidere peccat iurando z seruando iuramentū. sic fecit herodes. Dicit nāq̄ Jsido. Jn male p̄missis rescinde fidē. i turpi voto muta decretū. ¶ Diceres. q̄d de iuramento coacto. Rñdet Bonauen. sup. iij. sententiaꝝ. di. xxxix. Uolūtas cogi nō potest. qz falsum iurare est de se malā z peccatuz. Jō quocūq̄z modo q̄s cōpellit nō excusať a periurio simpl'r. Sil'r ille qui aliquem cōpellit ad false iurandū periurus est. xxij. q. v. Qui peierare cōpellit. z q̄ peierat vterq̄z periurus ꝓbať. Et ca. sequēti. ille. Ille q̄ hoiem ad iurationē cogit z scit eū falsum iuraturū. vincit homicidam. qz homicida occidit corꝑ. ille aūt duas aīas. s. suā z illi⁹. ¶ Idcirco periculosum est piurare tripl'r. Primo qz piurium ē culpe mortalis inundatio Eccli. xxij. Uir multuz iurans replebit iniq̄tate. Sc̄o qz talis efficitur infamis z nō admittit ad ordines sacros. Maiori rone repellit ab ordinibꝫ angelorū z mittet vbi nullus ordo sz sempiternus horror inhabitat. z magna pena infligit. vt dicit Eutician⁹ papa. z habeť. ij. q. i. pdicandū. Predicandū est vt fideles piurium caueant scientes grāde scelus esse z in lege in ꝓphetis z in euāgelio phibitū. Et subdit. audiuimus

leuem ĩponere penitentiã. qz nosse debebãt talem pniam imponi debere qualẽ p homicidio Glosa. quo ad numerũ annoz. nõ q̃ ad aspritatem pnie. Tertiũ periculũ est. qz ppter periurium priuat̃ qs a regno celesti. nisi penituerit. nam ponit tres digitos ad significãdũ q̃ negant sanctã trinitatez. ¶ Ideo legit̃ explum q̃ q̃dam bn⁹ homo citauit quendã ad iudiciũ ppter summulã pecunie. z ille instanter negauit z se ad iuramẽtũ exhibuit. qõ alius ab eo accepit. licet sciret eũ falsum iurare. Mox sequẽti nocte raptus ẽ ad iudicium vidit xpm sedentẽ in sede sue maiestat̃ exigẽs ab eo rõnez de aĩa illi⁹ q̃ ei iurauit. z de aĩa sua ppria. qui cognouit ambas esse damnãdas. Tunc iudex quesiuit cur iuramentuz ab alio recepisset. Et ille ait. qz mihi meũ negauit. At iudex. nonne pot⁹ debuisti pdere talẽ subam q̃z aĩam ipsi⁹ z tuã. Nõne aĩa melioz est q̃z oĩs temporalis substantia. Tunc iudex fecit eũ flagellari. Qui euigilãs oĩa que sibi acciderant enarrauit. Et in signũ hui⁹ plagas ĩ corpe et dorso ostẽdit. q̃ nullo mõ curãri potuit donec penituit. Ideo caute respiciendũ ẽ vt iuramẽtum sit iustũ. Bern. Totus mũdus respectu vni⁹ anime pcium estimari nõ potest. Et hoc nõ ppendebat herodes. sed ꝓtra veritatẽ z iusticiam male tractauit sanctũ iohãnem ĩ morte. qz misso spiculatore precepit afferri caput ei⁹ in disco. qui detollauit eum in carcere. Tertio male tractauit eũ post mortẽ. Mar. vi. Johãne decollato attulit caput in disco q̃si quoddã ferculum. Beda. Luxurioso cõuiuio cruente epule inferuntur. ¶ Dicet̃es. nunq̃d isti spiculatores aut tortores sunt in statu dãnationis vel saluationis. aut vtrũ peccent mortaliter occidendo illos p iudicem vltimo supplicio deputandos. Respondet sanctus Tho. in. ij. ij. q. lxiij. ar. vi. Spiculator qui est executor iudicis z legis. si iudex fert sententiam mortis in aliquẽ. que sententia manifestum errorem includit. nõ debet obedire iudici. hanc sententiam iniuste exequendo. et si aliquẽ occidit ꝑm hanc sniam manifeste iniustam ẽ homicida. vt carnifices qui martyres occiderũt. Si vero iudex fert sniam que non obtinet manifestam iniusticiã. spiculator eaz exequendo nõ peccat. qz iuste exequit superioris sententiã. z sic pñt esse in statu saluatõnis nisi abutant̃ officio. puta iuuore vindicte. vel ppter delectationẽ fundendi sanguinẽ. aut cãuaricie. licet ille iuste occidat̃. nihilominus peccat minister. cum nõ habet rectam z iustã intentionez. al's nõ peccaret. xxiij. q. v. miles. Reum nõ iudex ꝺz lex occidit. ¶ Iste aũt spiculator ꝺ occidens iohãnem peccauit. qz sententia fuit manifeste iniusta. De qua canit eccl'ia En quomodo mozit iustus. Itẽ male tractatus est post mortẽ. qz herodes corpus sine capite sepelire fecit. timebat ei ne ppheta resurgeret si cũ capite corp⁹ foditũ fuisset in sepulcro. Nam discipuli eius tulerũt corp⁹ z sepelierũt sed caput eius delatũ est in hierl'm z circa domũ herodis sepultũ. Licet herodes fuit prauus. tñ corpus sepelire non ꝓhibuit. quod hodie iudices seculares nõ faciunt. Nã deputatos vltimo supplicio sepelire nõ sinunt. Oq̃ absurdũ est carnem hoĩs christiani que est dedicata sacramẽtis. vtputa baptismate. confirmatione exponere patibulis. aut alijs locis nõ ꝺsecratis ad moduz b'uti. cum tñ ista caro expectat gloriosam resurrectionem. ¶ Dicit em̃. xiij. q. ij. quesitũ. Quesitũ est ab alĩ quibꝫ fratribꝫ de his q̃ in patibulo suspendũtur p suis sceleribꝫ post ꝺfessionẽ deo pactam. vtrũ cadauera eorũ ad eccl'ias referenda sint z oblationes p eis offerende z misse celebrande. an nõ. quibꝫ rñdemus. Si de omnibꝫ peccatis suis fecerũt purã ꝺfessionẽ. z sacra communio est eis danda. z ꝑm eccl'ie ꝓcepta sepultura nõ deneganda. Scriptũ est em̃. Nõ iudicat⁹ de⁹ bis in idipm. Hoc idẽ vult papa cũ sancto ꝺcilio. vt habeat̃ de peni. z remiss. ĩ clemẽ. vbi dicit. Cum ꝑm statuta canonum vltimo deputandi supplicio negari si petant non debeat eucharistie sacramentũ. Dicit glo. nec sepultura. Ubi dicit Hostiensis. Suspensus tñ non debet deponi sine licentia iudicis. qua petita facile ꝺcedere debet. Itez male tractauit post mortẽ datũ Johãnem. qz iulianus apostata ei⁹ ossa dispergere fecit z auibꝫ z feris laceranda dedit. Juxta illud ps. lxxviij. Posuerunt morticinia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibꝫ celi. z carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Sz cũ vidit q̃ signa nõ cessarent iussit membra ei⁹ p magna parte cõburi. z sic sanctus iohannes quasi sẽm martyriũ patiebat̃ cuz in suis ossibꝫ ꝺcremaret̃. Sz qz ꝓdicti male tractauerunt eũ. ideo ipsi male a deo tractati fuerunt. Naz herodes [illegible]us in exiliũ. tibi miserabiliter mortu⁹. Et herodias male tractata fuit. qz similiter missa in exiliũ cuz viro suo vel ꝑm q̃sdam. qz fuit subito mortua. Cũ em̃ vt q̃dã aiũt caput sancti iohãnis baptiste in manu teneret. z ei insultaret. diuino iudicio ĩ ei⁹ faciẽ saffauit. z illa subito mortua corruit

De decollatione Johannis bap.

Filia eius male tractata. qz fuit in aqs suffocata. cū em sup glaciē ludēdo discurreret subito sub pedib⁹ fregit. ⁊ illa in aquis miserabiliter suffocat. Judei fuerūt male tractati a thito ⁊ vespasiano captiui mortui ⁊ dispsi. et triginta p denario vēditi. Julian⁹ apostata fuit male tractatus. qz ccleſti plaga fuit percussus ab hostib⁹ excoriat⁹. de corio scabellū regi psarum fuit fabricatuz. Quāuis aūt beat⁹ iohes fuit male tractatus in vita. i morte ⁊ post mortem. tñ deus eum in triplici statu venerabilit tractauit. ℟ Primo in eius vita. qz habuit vitā spualem. angelicā ⁊ diuinā. Spūalem q̄dem vitam habuit. qz nō curauit de cibo ⁊ potu corpali. qz pascebat cibo inuisibili ad instar angeli. qui dixit Thob. xij. Etem cū essem vobiscū p voluntatē dei. videbar q̄dem vobiscū mānducare ⁊ bibere. sz ego inuisibili cibo ⁊ potu vtor. Nec de ornatu vestimentoz. q̄ vestit⁹ erat ornamēto ꝑtutuz. nec de domiciliō. cui⁹ mēs demorabat in celo. Habuit vitā celestem. qz in terris degebat. sz tñ in celestib⁹ mysteriis nutriebat. Nā celos aptos vidit. vocē patris audiuit. spūm sanctū in specie columbe inspexit. filiū diuinitatē agnouit. Habuit vitā angelicā. qz purgauit culpaz ex eo q̄ erat lucerna ardēs. Illuminabat q̄tum ad sapiam. ex eo q̄ erat lucens lucerna. Proficiebat q̄tum ad ꝑtutē ⁊ gram Luc. i. Ut cōuertat patrū corda ad filios parare dño plebem pfectam. Habuit vitā diuinā. qz non viuebat amore domestico. ex eo q̄ omnes parentes relinquerat ⁊ in deserto habitabat. nec amore mūdano. qz carnem suā mirabiliter crucibat. Sz viuebat amore diuino. qz totū amorem suū in deū posuerat. Unde poterat dicere cū apl'o. Uiuo ego. iam nō ego. sz viuit in me christus. ¶ Secūdo de⁹ bñ dispposuit de ipso in morte. qz mortez habuit pciosam. ps. cxv. Preciosa in ospectu dñi mors sanctoz eius. Fuit em mors ei⁹ pciosa in ospectu dei. qz pro iusticia mortē sustinuit. Eccli. iiij. Pro iusticia agonisare p aia tua. ⁊ vsqz ad mortē certa p iusticia. Respectu sui. qz precio sui sanguinis regnū celoz acquisiuit. Mat. xi. Regnū celorum vim patit. ⁊ violenti rapiunt illud. Respectu celi. qz primus in tpe gratie pcio sue mortis illud pmeruit. Respectu limbi. qz sanctis patribus qui ibi erant pciosum nūciuz apportauit. Respectu mūdi. qz ei⁹ mortem pciosam venerabiliter colit. ¶ Tertio benetracta uit eū post mortē. Ipse em fuit patriarcha. pphēta. apl's. i. a deo missus. angel⁹. i. dei nūci⁹. Malach. iij. Ecce ego mitto angelum meū. Idcirco nūc post mortē habet meritū in societate patriarcharū. in turba pphetaz. in choro apl'oz. in ordinib⁹ angelorum. inter rosas martyrū. inter violas confessoz. inter lilia virginum collaudat dñm i secl'a secl'oz. Itē sicut beat⁹ Johes male tractat⁹ est in vita. i morte. ⁊ post mortē. sic pmeruit nobis patrocinari et succurrere in vita. in morte. ⁊ post mortem. Primo i vita habet succurrere vt refert exemplum Paulus hystoriograph⁹ lumbardoz. Theodosia regina i lumbardia iuxta mediolanum eccl'iam in honore sancti iohānis baptiste cōstruxit ⁊ illam votauit ⁊ deo dicauit. pcedente tpe constantin⁹ imperator volēs ytaliā a lumbardis eripe ⁊ a q̄dam sancto viro qui spūm pphetie habuit de exitu belli quesiuit. Qui nocte oroni vacans. mane rndit dicēs. Exquo regina eccl'am sancto iohāni construxit. ⁊ ipse p lumbardis cōtinue intercedit. iō superari nō pñt. veniet tñ temp⁹ quo locus ille despiciet. ⁊ tunc superabunt ꝓpter ppli pctm. q̄ō tempe Karoli fuit impletū. ⁊ sic succurrit in vita. ¶ Item scūs Johes succurrit in morte. Refert Greg. in dyalogo. Uir quidā magne ꝑtutis noie sanctulus. cū quēdā dyaconū a lumbardis captū in sua custodia tali conditione recepisset. vt si fugeret ipse p eo sententiā capitalē subiret. coegit pdict⁹ sanctul⁹ ipm dyaconū vt fugeret ⁊ se liberaret. quapro pter sanctulus ad decollandū ducit. ⁊ ad hoc fortissimū spiculatorē elegit. de q̄ dubium nō erat q̄n vno ictu caput abscinderet. extensoqz collo cū carnifex fortī ictu brachiū cū ense in altuz eleuasset. ille ptinus ait. Sancte iohes suscipe hūc ictum. statim brachiuz pcussoris aruit. ⁊ erecto gladio inflexibile pmansit. ⁊ pstito iuramento q̄ de cetero nullū christianuz decollaret. tūc vir dei p eo oravit ⁊ brachium statim deposuit. ⁊ sic succurrebat in morte. Itē habet succurrere post mortē. vt refert idez Paul⁹. Cū quidā rex lumbardoz cū magno apparatu fuit sepultus iuxta eccl'iam. q̄dam ex auaricia nocte sepulcrū aperuit ⁊ clenodia recepit. cui apparuit scūs iohes dicēs. quia ausus fuisti eccl'iam meā ingredi. ⁊ mihi commissum tangere ⁊ spoliare. ampli⁹ ingressum habere nō valebis. Et factū est quotiens ille eccl'iam ingredi voluit. totiens retrorsum retrusus ⁊ repulsum passus quousqz subtracta restituit. Et sic exhibuit se auxiliatorez illius sepulti post mortem.

¶ De natiuitate beate Marie ꝑginis.

Sermo cxxi.

Ego mater pul

chre dilectõis.timoris.agnitõis. ꝛ sancte spei. Eccli.xxiiij. ¶ M Videm⁹ q̄ res vix est tã difficil' qua nõ tem/ptat pficere matern⁹ amor. Exemplũ videm⁹ in natura. Gallina cũ sit aial infirmũ ꝛ debi/le p liberatione ꝛ seruatõne pullox aggregit fortiora se.vt miluos canes ꝛ aquilas. Quã/to feruẽti⁹ beata ẏgo ꝛ mater maria facit p fi/lijs suis.i.fidelib⁹. Idcirco pctõr omni ꝯsilio ꝛ auxilio destitut⁹ refugiũ habeat ad istã mr̃ez q̄r hodie nata est nob aduocata ꝛ mr̃. Bern̄. Tu mater rei.tu mr̃ rei.tu mater exulis.tu mr̃ iudicis. Ipsa est q̄ se omi solicitudine interpo nit p filijs suis erga fortiorẽ se.i.deũ. ita q̄ pec catorꝫ q̄ ex culpa merek morẽ.ipsa sibi grãm et miſicordiã impetrat.ex filio pditõis fieri gl'ie heredẽ. Aug.in li.retractationũ. Nisi sponte velim scio me nõ posse perire p pietate marie. Ipsa est mr̃ figurata per rebeccã Gen̄.xxvij.q̄ etiã filio iacob impetrauit ius p̄mogeniti ob tinere. Jõ Bern̄.in ser. O peccatorꝫ si ad maie statez dei nõ audes accedere nõ liquefias q̄si cera a facie ignis.sz vade ad mr̃ez miſicordie oñde sibi tuox pctõx vulnera.ꝛ ipsa p te ostẽ det filio suo materna vbera.ꝛ fili⁹ ostẽdet pro te lat⁹ ꝛ vulnera patri.pr̃ nõ negabit filio po/stulanti.nec fili⁹ matri interpellãti.nec mr̃ ne gabit pctõr flenti.q̄r dicit Ozosi⁹ sup Lañ. Quos nõ saluat dei iustitia.saluat marie mi/sericordia infinita. Idcirco oẽs habeam⁹ ad eã recursum.q̄r dicit Chriſ. Neminẽ reppert mendicũ q̄ se sedulũ marie faceret seruũ. Rõ/nem allegat Amb̄. Quia sicut xp̄s oim credẽ tiũ est frater.sic maria oim fideliuz est mater. de quo thema. Ego mater pulcre dilectionis. ¶ In vbis p̄missis innuit quo beata ẏgo sit mater sup q̄ttuor genera hoim. Naz sicut vn⁹ dr patris fili⁹ natural'.s.ihesus xp̄s.ꝛ mul/ti filij adoptiui. sic vn⁹ est fili⁹ marie natural' scz ihesus xp̄s Luc̄.ij. Peperit filiũ suũ p̄moge nituz.ꝛ multi sunt filij adoptiui marie ꝛ frẽs christi.sicut oẽs electi. ad Heb̄.ij. Nõ ꝯfun/ditur nos frẽs vocare. Mat.xxviij. Nũciate fratribꝫ meis vt eant in galileam ibi me vide bunt. Nos ergo filios adoptiuos eius natu/ralis filius sub noĩe iohis matri cõmẽdauit i cruce dicẽs. Mulier.ecce filius tu⁹. ꝛ nob eã in matrem. Ecce mater tua. Nam iohes int/ptatur gr̃a dei. Et sic oẽs qui sunt in gr̃a intel ligunt per eum.s.iohem.q.d. p eis interpello vt mater.cum pr̃ me⁹ exigẽte iusticia velit eos damnare.p quibꝫ nũc filius patit ꝛ morit ex misericordia. Jõ dicit se matrẽ. Primo fide/liũ pulcre diligentiũ.ibi. Ego mr̃ pulcre dile/ctionis. Scdo deũ timentium.ibi.ꝛ timoris. Tertio deum cognoscentiũ.ibi.ꝛ agnitionis. Quarto in eã sperantiũ.ibi.ꝛ sancte spei. Dicit p̄mo est mr̃ pulcre diligentiũ.de q̄ dicit. Ego mater pulcre dilectiõis.i.xp̄i filij dei. q̄ sincere ꝛ sine omni merito nos dilexit Joh̄.xiij. Luz dilexisset suos vsqꝫ in finez dilexit eos. de hac dilectiõe Joh̄.xv. Maiorẽ charitatẽ nemo habet. ¶ Jtẽ nõ solũ mr̃.sz filia ꝛ spõsa. Filia ꝓpter dignissimã creationẽ. Mater p/pter mirabilissimã generationẽ. Sponsa ꝓpt excellentissimã dilectionez. Primo filia rõne creationis.ipsa est de qua Eccli.xxiij. Ego ex ore altissimi prodij p̄mogenita ante oẽm crea turam. intelligẽ nõ tpe sed dignitate.nõ sicut flos fructũ tpe.sed florẽ fruct⁹ dignitate.ꝛ vti litate p̄cellit. Nã ipsa p̄ omni creatura p̄mo/geniti obtinuit dignitatẽ. Nã in veteri testa/mento p̄mogenita p̄cesserũt in multis. ¶ P Primo loco.ꝛ sic ipsa.q̄r exaltata sup omnes chozos angelox Eccli.xxiij. Ego i altissimis habito. Bern̄. Sicut nõ fuit in mũdo locus dignior vtero virginali vbi xp̄us quieuit. sic nec in celo altior vbi mariã sblimauit. ¶ Se cũdo p̄mogenita plus acceperũt p̄ alijs. ꝛ sic ipsa nõ tm̄ esse viuere ꝛ sentire intelligere ꝛ spe culari trinitatẽ in speculo eternitatis. sed p̄ter hec omnia accepit maria affinitate ꝯiungi.s. ꝯcipere ꝛ parere. Prou. vlt. Multe filie regũ ꝯgregauerũt diuitias. q̄s tu sola supgressa es vniuersas. Chriſ.in ſmone de annũciatione. Nihil in gr̃a omniũ p̄cedentiũ memoria rẽ. ¶ Tertio p̄mogenita acceperũt benedictõez. ꝛ sic ipsa Luc̄.i. Benedicta tu in mulieribus. Ipsa nõ recepit benedictionẽ simpl'r p se. sed habet eã in alios trãsfundere. Vñ canit eccl'a Bñdicta tu filia a dño. q̄r p te fructũ vite cõ/municam⁹. O bñdicta ꝛ supbenedicta.nam p tuã bñdictionez benedicit omnis creatura. ¶ Scdo dr mater ꝓpter mirabilissimã gene rationẽ.q̄r genuit deũ ꝛ hoiez.vt dic Damas. Ideo dr theotecã.i.dei mater. ꝛ mater pulcre dilectionis.i.ihesu xp̄i. Orige.de illa matre di/xit Mater ei⁹.cui⁹? digna digni.vnica vnici mater intacta.mater imaculata.mr̃ plasmato ris.redemptoris.ꝛ saluatoris nostri. Si igit debet esse mater tua.debes hre pulcrã dilectio/nem. ¶ Nota aliq̄d dr pulcrũ tripl'r.scz

puritate. ordinabilitate. ⁊ nobilitate. Prio ali quid dr pulcrum puritate. qđ est trāsparēs in puro subiecto. ⁊ sic ania que est pura ab omni macula dr pulcra. Si vero habet maculaz peccati. tūc turpis forma dr. i. Thoz. v. Modicum fermentū totā massam corrumpit. id est vnū peccatū polluit aiam. Exo. xij. Agnū sine macula debebant offerre. i. ysciam purā. ⁊ in Leuit. xxij. Si maculā habuerit nō erit acceptum deo. ¶ Secūdo aliquid dr pulcrū ex ordinabilitate. qz ē bene pportionatū. Sic ex ordinato affectu dilectōnis. cum homo de sua diligentia iustum seruat ordinē diligēdi. Sanctus Tho. in. ij. ij. ⁊ mgr in. iij. sen. dis. xxix. ca. i. Ordinauit deus in rebz diligendis charitatē vt sciamus qđ plus. quid posteri9. qđ magis. qđ minus. qđ ppter se. qđ propter aliud diliget. ⁊ sic maria Lañ. ij. Ordinauit in me charitatē. s. dū diligendo sup oīa. nos in deo. ⁊ primū ppter dū. Bern. Ut sit talis ordinatio q̄ charitate affectuali diligat plus deus q̄z prim9. ⁊ q̄ deus primo pponat. Bern. Duplex est charitas. actualis ⁊ affectualis. Actualis pfert inferiora superioribz. sed affectualis ecōuerso. ¶ Tertio aliquid dr pulcrum nobilitate. s. obiecti vel materie. vt imago q̄ ex auro ē formata pulcrior est q̄z ex terra. Et sic illa dilectio dr pulcra q̄ ex nobili obiecto hr. vnde amor boni operis. boni hois melior est q̄z mali. celi plus q̄z terre. Dilectio aūt ad bonum qđ ē deus ordinata pulcerrima est. maxime cū diligitur deus ppter se. taliter em̄ diligētes. sez ex puro subiecto ordinato affectu nobili obiecto merent̄ mariā esse eoz matrem. ¶ Secūdo ē mater habentiū pulcrum timorē. i. peccatoruz quoz est timere dū Eccl's. vlti. Timebūt excelsa ⁊ formidabūt infima. s. petozes. Iste timor debet esse pulcer. i. deificus. nō sicut i his qui timent bonoz tpalīū amissionē mentientes ⁊ primū decipientes. Aliq̄n in psecutiōe ppter tpalia fidem negantes. quē timorem p hibet dñs Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Aliq̄ timent pniam ꝯfessionē ⁊ ieiunīū. ꝺ quibz Job. vi. Qui timet pruinā cadet sup eū nix. i. qui timent pīentem penam sustinebūt eternā Job. xxiiij. Ibunt ab aquis niuiū ad calorē nimiū. hoc attendens Aug9. ait. Dñe hic seca. h vre. i futuro parce. Bern. super illud Eccl'i. vij. Memorare nouissima tua. dicit. O homo nouissima tua sunt mors iudiciuz ⁊ gehēna. ⁊ quid horribilius morte. quid terribili9 iudicio. qđ penali9 gehēna. q̄ hec meditat timorē dei i cor ducit. nisi cēt duri oz lapide. ¶ Nam iste timor dei dicit pulcer. qui dū ingredit opatiū in nob puritatē. Primo qz expellit peccatum Eccl'i. i. Timor domini expellit peccatuz. Prou. xvi. In timore dñi omnis homo declinat a malo. Secundo opat bonitatē. Eccl's. vij. Qui timet deum nihil negligit. Tertio incitat nos ad faciedū dei voluntatem. Eccl'i. ij. Qui timet dūm inquirit que beneplacita sunt ei. ⁊ ecōuerso deus facit voluntatem eoz. ps. cxlv. Voluntatez timentiū se faciet ⁊c. Idem. cxlvi. Beneplacitum est dño sup timentes eū. Et illoz maria est mater eripiens eos ab ira dei. vt figuratur i. Regum. xxv. in abigail. que liberauit nabal stultū ab ira dauid. Lui dauid. Bñdicta tu ⁊ benedictū eloquiū tuum que phibuisti me ne irem hodie ad effundendū sanguinē. ⁊ vlciscerer me manu mea. nisi in occursum venisses cito mihi. nō remāsisset nabal vsq̄ ad matutinū lucis. Ipsa igit est medica nr̄a sanans vulnera. Eccl'i. xxiij. Ego quasi fluui9 doz sanans. Eccl'i. xxxviij. Altissim9 de terra creauit medicinam. ⁊ vir prudens nō abhorrebit eam. Bern. Nemo tam idoneus qui gladiū dñi abijciat. nisi p quā sumpsimus dñi misericordiaz. multo pfectius q̄z abigail. Illa humanam. ista diuinā. illa temporalez. ista eternalē. Idcirco canit eccl'ia. Recordare virgo mater dum steteris ⁊c. ¶ Tertio ipsa ē mater habentiū pulcram agnitionē. Est em̄ triplex agnitio nobis necessaria. Prima vt cognoscamus dei reuerentiā. Secūda nr̄am insufficientiā. Tertia matrē clementiā. Prima parit dilectionē. secunda humilitatē. tercia fiduciā. ¶ Primo necessariū est vt cognoscamus dei reuerentiam. dicēdo illud ps. lxxvij. Quāta audiuim9 ⁊ cognouim9 ea. s. in maiestate ⁊ bonitate. Ex illa cognitione cōsequmur dilectionē. qz q̄nto deuz purius cognoscimus tanto feruenti9 eum diligim9. Aug9. Inuisibilia amare possum9. incognita nequaq̄z. Idcirco ipsa est tā ineffabilis bonitas. inexplicabilis dulcedo. vt nemo posset plenarie appḥēdere. sz q̄ntum noscit. intantuz diligit. Hiere. ix. Nō gloriet sapiens in sapientia sua. sed in hoc gloriet scire ⁊ nosse me. s. deum. nec etiam fortis in fortitudine sua. Bern. Scio neminem adultū posse saluari sine dei cognitione. Et subdit. Quid si ignoras dū. poterit ne ee spes salutis. nec em̄ poteris amare quē nescis. aut habere quem nō amaueris. qz sicut de dei agnitione dilectio. sic de ignorātia desperatio. qđ sic declarat Bern. Aliquis i se reuersus dis

plicem sibi in omnib⁹ malis que fecit. si ignorat q̄z bonus est deus ⁊ misericors ad ignoscēdum. nūq̄d nō sua carnalis cogitatio arguet eum. Et dicit. q̄d facis. vitā istam vis perdere ⁊ peccata tua sunt maxima. nequaq̄z sufficis satisfacere. ⁊ sic desperans relinq̄t miser. ignorans q̄z facile omnipotētia dei ista resoluit. ¶ Secundo cognoscam⁹ nr̄am insufficientiam. ij. Thor. iij. Nō sufficientes sumus cē. Illa parit humilitatē. q̄z quāto verius nos cognoscimus. tanto lucidius introrsum ingredimur. ⁊ tanto ampli⁹ peccata ⁊ mala nostra videm⁹ ex quib⁹ humiliemur. Dicit nanq̄z Boetius. Nemo tam cōplete felicitatis est q̄ nō ex aliqua pte sui stat⁹ aliq̄n ripeat. Ezech. viij. Ingredere ⁊ adhuc videbis abominatōes maiores. Bern̄. Tu quicunq̄z es etiā si sanctus es si te ad lumen veritatis intus in aīa sine dissimulatione inspicias. nō dubito quin humilieris i oculis tuis. Et sicut ex cognitōe dei dilectio. sic ex cognitiōe nostra humilitas generatur. Bern̄. Melius est nosse seipsum q̄z cursum siderum. q̄z illa inflat. ista hūiliat. ¶ Tertio cognoscam⁹ matris clementiā. ⁊ sic oritur fiducia. vt q̄ in nobis fiduciā non habem⁹. q̄z ꝓpter reuerentiā dei facīe nr̄am leuare nō audem⁹. eo q̄ pctōres sum⁹. ⁊ ꝓpter nr̄am insufficientiā ⁊ miseriā erubescimus dei offensam. Cognoscam⁹ igit̄ matris clementiā sperātes nos recipe in gr̄am. Ipsa em̄ nos omnes vocat. Eccli. xxiiij. Venite ad me oēs qui ocupiscimi me. Ipsa ē ciuitas refugij figurata Deu. xix. Tres ciuitates separabis tibi i medio terre⁹ tuam ens diligenter viaz. vt habeat pfugus quo fugiat. s. ad protectionē. sic nos ad virginē mariā. ad Heb. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronū gr̄e eius. q̄d docet Bern̄. Si es in angustijs. in rerū dubijs. si in necessitatib⁹ mariam cogita. mariā inuoca. ipsa tenente te nō corruis. ipsa te pregente securus es. Hylari⁹ sup Mat. Quātūcunq̄z quis obnoxius fuerit peccato. si marie deuot⁹ exist̄it nunq̄z in eternum peribit. ¶ Quarto ipsa est mater in eā sperantiū. ⁊ innuit cuz dr. sancte spei. O q̄z sanctā spem ipsa habuit. Primo ad verba angeli ⁊ pphetaz. sperans nō euacuari dei promissione. Et sic nos eā sperando sequi debem⁹ ad dei pmissa. s. regni dei ꝓsecutionē obtinendam. de quo Luc. xij. Nolite timere pusillus grex. placuit patri meo vobis dare regnum. Mat. vi. Primū querite regnū dei ⁊ oia adiciēt vobis. Secōo sperauit sanctā resurrectionem post triduum. ⁊ sic nos sperare debemus gl̄iosam resurrectionē post pn̄iam ꝓfessionis. ꝓtritionis. ⁊ satisfactionis. ps. lxi. Sperate in eo oīs congregatio pp̄li. effundite cor̄ā illo corda vestra. deus adiutor nr̄ in tribulationib⁹. Tertio post resurrectionē ⁊ ascensionem sperabat sanctis spūs missionem. Act. i. Erāt omnes perseverātes in oratione. s. maria cū discipulis expectantes gr̄am spūssancti. Et sic nos sperare debemus gr̄am ⁊ gl̄iam a dño deo nr̄o. si debet esse mater nostra. ps. lxxxiij. Gratiam ⁊ gloriam dabit dñs. Si gr̄am ⁊ gloriā impetrare voluerimus. tunc spes nostra debet esse sancta. quia dicit. ⁊ sancte spei. i. Joh. iij. Qui habet spem in eo sanctificat seipsum. ¶ Item tria sunt que spem nostrā sanctificant Primum est vt a peccatis cessemus. quia frustra sperat qui cum ꝓuocat in quē sperat. Sap. v. Spes impij quasi lanugo que a vēto disperg̃itur. Ideo. i. Joh. iij. Si cor nostrum nos nō reprehenderit fiduciam habeam⁹. Sap. xvij. Timida negligencia dat testimoniū cōdemnationi. Et Job. viij. Spes impioz peribit. ¶ Secundū vt bonuz operemur. ps. xxxvi. Spera in domino ⁊ fac bonitatez. Magister in. iij. di. xvi. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex gratia dei ⁊ meritis pcedentibus ꝓueniens ¶ Tertium vt spem in ipsam matrem ponamus. eam p̄ omnib⁹ honorando. nō de ꝓpr̄ijs viribus nec alienis nisi christi. deniq̄z marie. Bern̄. Si queris gr̄am quere p mariam. quicq̄d offerre paras marie commendes. ipsa hodie nata est nobis mater gr̄e. Un̄ canit eccl̄ia. Salue regina misericordie et spes nostra salue. Illa spes est nobis hodie orta. de q̄ Aug⁹. in sermone hodierno. Adest dies sacratissima. dies celeberrima. in qua virgo maria sup omnes mlieres benedicta genorosa sua natiuitate mundū consolat vniuersum. Hodie egredit virga de radice yesse. hodie flos campi ꝓductus est. de quo ꝓcessit lilium cōuallium. hodie nata est rosa de spinis. hodie nata est p quaz maledictio mutatur in benedictionez. hodie nata est mediatrix ⁊ advocatrix nr̄a. Sap. vij. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Jō canit eccl̄ia. Natiuitas tua dei genitrix virgo cē. Hec dies gaudiosa virginis aliquo tempe fidelibus latuit. Contigit igitur vt refert Iohannes beleth. vt q̄dam vir sanctus sedulo cōtemplationi insistens singulis annis. vi. ydus septembris in oratione positus iocundissimam angelorum solennitatez audiret. Cunq̄z sibi deuotissime reuelari petijt cur quolibet anno die illa ⁊ non

alia ꝫ audiret. Demū recepit responsuz q̄ vir go gl'iosa maria tali die fuit nata. ⁊ vt reuela/ret filijs ecc'ie vt ꝯcordes essent in natiuitat' solēnitate. Lunqz ꝫ summo pontifici et alijs intimasset. illi scrutantes scripturas insisten/tes ieiunijs ⁊ oronib⁹. ⁊ antiq̄tatū testimonijs veritatē cōperierūt. ⁊ istū die venerabilē sta/tuerūt. sz octauā olim nō celebrabāt. sed dñs Innocenti⁹ quart⁹ instituit. Hui⁹ causa fuit hec. Gregorio nono sublato Romani oēs cardinales in ꝯclaui ꝯcluserūt vt citius ecc'ie puideret pontifex. sz cū p plures dies ꝯcordari nō possent. ⁊ ipsi a romanis multz molestijs afflicti. vouerūt regine celi q̄ si ei⁹ meritis cō/cordarēt. octauas natiuitat' diu neglectas ce lebrare vellēt. ⁊ factū ē. Sicqz in dñm celesti/nū ꝯuenerūt. ⁊ qz celestin⁹ modico tpe supui/xit iplere ñ potuit. sz p Innocentiū instituerūt.

Sermo cxxij
Ad idem.

Ecit sibi rex sa

bonis opāt in nobis. ꝛ facit q̄ grata sibi sunt ꝛ accepta. ꝛ iudicat ea eterna mercede digna. et eoipso allicit voluntatē nr̄am liberā vt velit. Et deinde ostēdit se nr̄m doctorē ꝛ ductorem. Primo ductorē cū dicit. Post me venite. q. d. nullus precedit me. nullus vadit iuxta me. oēs optet ire post me. q̄ ego p̄mogenitus in multis fratribꝫ. Ego sum q̄ primo dixi discipulis meis. Joh. i. Venite ꝛ videte. sequamini me ꝑtutis. Secō dixi eis Matth. xi. Venite ad me oēs q̄ laborati ꝛ onerati estis. ego vos reficiā. tollite iugū meū sup vos. onus meū leue est. q̄ hilariter suscipite ꝛ portate ad gl̄iaz. Tandem tertio dicam eis in fine illud Mat. xxv. Venite bñdicti p̄ris mei ꝓcipite regnum ꝛc. Et sic est ductor nr̄ ad vitā gr̄e ꝛ gl̄ie. Dixi secō ostēdit sequentiū xp̄m qualitatē di. Abneget semetip̄m. ꝛ sic est nr̄ instructor docens nos ire viā quā ip̄e ambulauit. Dixit ei Joh. vi. Nō veni facere voluntatē meā. sz ei⁹ q̄ me misit. ꝛ sic debem⁹ nosmetipos abnegare. Anſ. ꝛ merito. q. iure nihil habemus boni in nob. et ꝓbatur multis rōnibꝫ ℟ Prima quia de⁹ creauit nos. p̄s. Ipse fecit nos ꝛ nō ipsi nos. Sicut g̃ nihil boni i nob est q̄d ipe nō creauit. ita dignū est q̄ oia nr̄a bona sua sint. ꝛ nō licet auferre sanctasctō ꝛ ne sacrilegiū cōmittam⁹. Secda rō. q. nos etne morti dedit. ꝛ sua morte ꝓciosissima redemit. ꝛ p nob omnibꝫ mortuus est. vt q̄ viuūt iā nō sibi viuāt. sed sibi q̄ p nobis mortu⁹ est. dicendo cū apl'o ad Gal'. ij. Viuo ego. nō ego. sz viuit i me xp̄s. Tertia ratio. q. nos ingratos ab omnibꝫ bñficijs suis auersos p pctā a diabolo defendit. q. criminibꝫ nr̄is demeruim⁹. eo q̄ inique a sua protectōe recessimus. ꝛ sub sua protectiōe esse nō debuerāmus. ꝛ sic nos malign⁹ hostis sine defensione captiuos habēs. ad suā voluntatē duxisset in eterna supplicia. sz ipse ex superabūdanti bonitate nos defendit ab eo. ꝛ ad patriaz reduxit. vt dicamus cum p̄s. xcij. Nisi dñs adiuuit me. paulominus habitasset in inferno anima mea. Treñ. iij. Magna dñi misericordia ꝛc. Quarta rō. q. ea bonitate q̄ nos creauit eadē nos a diabolo ꝛseruabit ne in nihilū redigere mur. Bre. Esse nr̄m ex nihilo est. ꝛ in nihilū tenderet nisi auctor omniū manu sui regiminis ꝛseruaret. O magna fatuitas se erigere cōtra deū. Isa. x. Nunq̄d gloriab̄ securis contra eū q̄ secat. nā se mouere nō pōt. Deb. i. Portās oia ꝑ verbū ꝓtutis sue. Quinta rō est securitas. q. em̄ totum se abneget vt totū se offerat deo vt totū eū de⁹ habeat. ꝛ sibi nihil sit vt deo aliquid sit. ꝛ sic sui nihil amittere timet nec perdere. sed sp̄ secur⁹ est q̄ de⁹ qđ suū est cōseruat. Sap̄. v. Justoꝝ aīe in manu dei sunt. Joh. x. Nō rapiet eos quis q̄z de manu mea. Joh. vi. Oēm qđ venit ad me nō ejciā foras. Sexta ratio vt sibi vitā reprenderem⁹ nr̄am. q̄ omnē vitā suā ad salutē nostrā impedit. Isa. ix. Puer nat⁹ est nobis ꝛc. et dedit aīam suā p nobis dedit. Mat. xx. Venit em̄ filius hominis ministrare ꝛ nō ministrari. ꝛ dare aīaz suā in redemptionē p multis. Et sic debem⁹ abnegare voluntatē nostrā ꝛ baiulare crucē. Gal'. v. Qui xp̄i sunt carnez suā crucifixerūt. Ideo sbdit. crucē suā. Greg. Crux a cruciatu dicit. Anſ. de mensuratōe crucis. O dñe si crux seruoꝝ tuoꝝ dicit a cruciatu. quō est b̄ dic mihi cum dixisti. iugum meū suaue ꝛ onus meum leue. Sap̄. xij. Bonus ꝛ suauis est dñe spūs tuus. Rñdet. Crucem esse cruciatum cordis quā portare debem⁹. A Nam sicut crux habet quadruplicez dimensionē. s. longitudinem. sublimitatē. latitudinē. ꝛ ꝓfunditatem. Debemus em̄ cruciatū habere. Primo de profunditate. q̄ nō humiliamur intantū sicut debemus. Ad ꝓfundaz humilitatē nos cogit xp̄i humilitas. q̄ fili⁹ dei ita voluit se humiliare. Phil. ij. Exinaniuit semetip̄m ꝛc. Bern̄. Exinaniuit se vsq̄z ad carnē. vsq̄z ad mortem. vsq̄z ad limbū. vsq̄z crucē. De sua ꝓfunda humilitate. Isa. liij. Vidim⁹ eū nō habentē speciem neq̄z decorē. ꝛ h̄ ꝓpter peccata nr̄a. Aug. Quid faciet humana fragilitas cuz se despexit diuina maiestas. Secō ad ꝓfundā hūilitatem nos cogere dz nr̄a cognitio cogitādo q̄d sumus. Job. vij. Quid est hō q̄ magnificas eū. p̄s. viij. Dñe q̄d est hō q̄ memor es eius. Quāto viliores nos cognoscim⁹ de tanto humiliores nos esse debem⁹ q̄ altissim⁹ sic sponte est abiectus. hoc docuit Matth. xi. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde. Jō merito habere debemus cruciatū cor. ex quo non ita ꝓfundam humilitatem habemus. ꝛ grati de sua humilitate. Secūda dimensio crucis est sublimitas. vbi cruciari debem⁹ p eo q̄ eum nō plene possumus videre ꝛ amare sicut sublimis sua bonitas exigit. O quot sunt hodie cause amoris sui quas nec lingua dicere. nec intellectus sufficit capere. Si pro muneribus diligere vis. o quis plura dabit q̄z q̄ animam de corpe. sanguinē de corde. aquā de latere dedit. Si vis amare illum qui p te aliqua ardua facit. magis christum. De quo Bern̄. Dixit plura. fecit mira. ꝓtulit dura. Isa. i. A

planta ꝓedis vsq; ad verticē nō ꝛc̄. Si aliq̄d volum⁹ diligere q; bonū. magʒ illud q̄ optimū est. Et sic infinita sunt que nos ad amorē dei cogunt ⁊ xp̄i filij eius. Nā oīa que creauit ꝓbant dei bonitatē. Bze. Probatio dilectiōis est exhibitio opis. Necesse habeat se dilectrix aīa xp̄i ⁊ dei sicut dn⁹ se habet ad eam. Primo sicut dn⁹ semp amat ⁊ nō desistit ab amore. sic oēs affect⁹ tu⁹ offer sue volūtati. Scō sicut semp habet nos p̄ oculis ita semp debem⁹ cogitare deū patrez. Boeti⁹. Magna est nobis indicta necessitas ꝓbitatis cū cuncta agam⁹ ante oculos iudicis cūcta cernentis. q̄ q̄ nō faceres in p̄sentia hoīs. nec in p̄sentia dei facere deberes. Tertio sicut deus ꝓtinue nobis seruit opa bona in nobis opando ⁊ nos ꝓseruādo. ⁊ sic nos ꝓtinue debemus esse in eius seruitio oīa tempa in eius seruitio impendendo Eccl'i. xliij. Particula bone diei nō te p̄tereat Quarto sicut nos semp custodit ab omnib⁹ malis. ⁊ sic nos semp abstinere a vicijs. ⁊ cruciari debemus in nobis q̄ nō ita laudamus ⁊ amamus dei charitatē ⁊ bonitatem sicut debem⁹. Hugo in li. de arra anime. Nihil possumus p̄ beneficijs rependere q̄ amare. ¶ Tercia dimensio ꝑm Anſ. li. viij. est latitudo crucis. vbi cruciari debemus p eo q̄ tantā ꝓfidentiam nō habemus ad deū sicut debem⁹. Nam ita dilatauit suā bonitatē et extendit man⁹ in cruce vt nos omnes repleret bonitate. p̄s. Aperis tu manū tuam ꝛc̄. Sunt em̄ multe causē quare ꝓfidere debemus sue bonitati. ¶ B Prima q; iustū desideriū est ab eo. ij. Thoz. iij. Nō sum⁹ sufficientes aliquid de nobis cogitare tanq̄ ex nobis. multo minus desiderare. Ad q̄d daret nisi etiā velit exaudire. ¶ Secunda causa incitans ad ꝓfidentiaz est incarnatio. Aug⁹. de verbis domini. Qui fecit hominem factus est hō ne periret q̄d fecit. Luc. xix. Venit filius hominis querere ⁊ saluū facere q̄d perierat. Aug⁹. Si hoīes perire vellet de celis ad terrā nō descenderet. ¶ Tercia causa est passio p nobis. Roma. viij. Proprio filio nō pepercit deus. exquo filiū trādidit quid denegabit. Nam oīa que petere possum⁹. minora sunt q̄ filius. Aug⁹. Exquo suscepit malum tuū. spera cōmunicet tibi bonū suū. Debe. ix. Nolite amittere ꝓfidentiaz vr̄am que habet magnā remunerationē. Bern̄. Quātū pedem fiducie in deū posueris intantū obtinebis. Ad q̄d hortat ap'lus ad Heb. iiij. Eam⁹ cum fiducia ad thronū gratie ei⁹ vt misericordiam ꝓsequamur. ¶ Quarta dimensio ē longitudo spūalis crucis. Lōgitudo spūalis crucis. est cruciatio de hoc q̄ nō sumus assidui et cōtinui ⁊ pseuerantes in dei laude ⁊ seruitio. Ipse em̄ noluit descendere sz pseuerauit ⁊ continuauit vsq; ad mortē. ⁊ sic nos dicētes cum Job. xxvij. Justiciā quā cepi nō deseram. ad Gal'. vi. Bonum aūt faciētes nō deficiamus. Chriſ. Tolle pseuerantiā nullū obsequium habet mercedē. Breg. Incassum bonū agit si ante terminū vite deserat. Mat. x. Qui pseuerat vsq; in finem hic saluus erit.

De sancto Matheo.
Sermo cxxxi

Elictis omnibus surgēz secut⁹ est eū Mat. ix. Dicūt naturales q̄ luna naturaliter sequit motū sol'. q; ab eo illumin'at. ⁊ de q̄to magis soli appropinq̄t. de tāto pl⁹ q̄ ad terrā de suo lumine pdit. Sed dicit Macrobi⁹. Claritatē quaz pdit ex pte terre nullo mō pdit ex pte celi. imo pl⁹ ex pte supiori illustrat. ¶ Jō q̄n soli ꝓiungit nihil lumis ad terrā dirigit. sz in pte celi in plena luminatione existit. Mystice p lunā pctōres ⁊ stulti intelligunt quoz heu multi sunt. iuxta illud Eccl's. i. Stultoz infinit⁹ est numer⁹. Recte sicut luna nunq̄z est stabilis. sz semp hicinde diuagat. sic pctōr de vno pctō in aliud labit. de q̄ Eccl'i. xxvij. Stult⁹. i. pctōr. vt luna mutat. Si igit a sole iusticie. i. a xp̄o vult illumi nari necesse ē vt illū solē. i. xp̄m sequat. p̄s. xxxiij. Accedite ad eū ⁊ illuminamini. ⁊ q̄to plus sibi appropinq̄t tāto pl⁹ vanitatē mūdi despicit. Si aūt pctōr ē oppositus soli. tunc claret in mūdo vana gl'ia. de q̄ Isid. Lōge a deo ē anim⁹ cui hec vita ē dulcis. Breg. sup Ezech. Quāto terrenis mēs pl⁹ occupat. tāto celestia min⁹ videt. vt ptz i matheo. dū trenis inhereret. xp̄s eū sole miscdie ñ illustrauit. Ut igit illustrarē necesse erat vt deū seqret. Hec imitatio figurat. iij. Re. xix. Helyas venit ad heliseū arantē in cāpis. misit sup illū palliū suū ⁊ statim relictis bobꝫ q̄bꝫ arabat cucurrit post helyā. ⁊ trāsiēs tulit par bou. ⁊ mactauit. ⁊ coxit carnes ⁊ dedit pp'lo. ⁊ comedit. ⁊ surgēs secut⁹ est eū. Spūal'r. ver⁹ helyas. i. xp̄s. venit ad heliseū. i. ad matheū arantē in cāpis. s. aua ricie intentū thelonio. Chriſt⁹ misit palliū. i. diuinitatē palliatā humanitate. ⁊ traxit eum. q; ꝑm Piero. Diuinitatis radij ab ei⁹ ituitu illucebāt quos voluit attrahere attraxit. ⁊ sic

De sancto Mattheo

de mattheo factuz est. Jō statim reliquit oīa. De q̄ Beda sup Lucā. Qui solebat rape alie na hic volūtarie relict̄ ꝓpa. De q̄ thema. Relictis omnib⁹ ꝛc. ¶ In v̄bis euāgelij duo inuunt̄. Primo pia respectio diuine charitat̄ ibi. vidit ihs. Scdo subiungit̄ vana rep̄hensio hūane inict̄atis. ibi videntes. De p̄mo dicit. vidit ꝛc. Aristo. i. li. de aiālib⁹ dicit. Salādrius ē auis. ꝛ est albo tot⁹ in colore. nullā nigredinē hns. ꝛ est hui⁹ nature q̄ alicui⁹ egri tudo ē ad mortē. auertit facie suā ab infirmo. si aūt infirm⁹ dz ꝓualescere visuz porrigēs est in ip̄m q̄si applaudēs. Spūal'r. sic xp̄s tot⁹ albo. Can. v. Dilectus me⁹ candidus ꝛ rubicundus ꝛc. nullam nigredinē peccati habens Sap. vij. Candor est luc̄ eterne. Iste purissim⁹ dn̄s hz duos oc̄los. dextz. s. gre q̄ respicit pctōres. sinistz. s. misericordie. Hāc si auertit sine dubio morient̄. Jō Dauid. Respice i me ꝛ miserere mei. Si em̄ xp̄s infirmū peccatorez respicit oculo misericordie nō morie⁹ in peccatis. Nam respect⁹ deitatis habet multos effectus. vt ptz in p̄mone seq̄nti. Et sic oculo misericordie respexit infirmū mattheū cuz ei peccata dimisit. Oculo v̄o gre ip̄m respexit cū eū in apl'm elegit. vt p̄ seip̄m testat̄ dicēs. Vidit ihs hoiem sedentē in thelonio. Ubi innuunt̄ tres infirmitates. ¶ Prima terrena cupiditas. cum dicit hoiem. nō virū ab humo. Hen̄. i. Formauit hominē deus de limo terre. Hreg. Mattheus diligendo terrena factus est terrenus. Aug⁹. Talis vnusquisq̄ est qualis sua dilectio. si terram amas terra es. Et bene auarus hō terra dr. Nā sicut terra est frigida. sic auar⁹ nō habet calorē charitat̄. Aug⁹. lxxxiij. questionū. Uenenū charitatis auaricia. vbi auaricia regnat. ibi charitas locū non habet. Jtē terra claudit alialia venenosa. et sic auaricia alia pctā mortalia. Eccli. xxi. Quasi a facie colubri fuge pctm̄. ad Thi. vi. Radix oīm malor cupiditas. Hugo de sancto vic. Qui auaricie innitit oīm pctōr ꝓticeps efficitur. Sanct⁹ Tho. ij. ij. q. cxix. ar. ij. Auaricia est radix oīm malor. nō q̄ oīa mala semp oriunt̄ ab auaricia. sz q̄ nullū malū est q̄d nō interdū orit̄ ex auaricia. Jtē terra includit in se infernū. Piero. sup Jonā. Quo cor ē in medio alialis. ita infern⁹ in medio terre. ꝛ sic auaricia. q̄ dicit Tull⁹. Tota vita auari hominis plena est miserie ꝛ doloris. s. p̄ sollicitationem Damas. Maior est cruciatus auari oīa possidentis q̄z pauperis nihil habentis. Eccl's. v. Omnib⁹ diebz vite sue comedit in tenebris et in curis multis erumna atq̄z tristicia. ¶ Scda infirmitas accidia. q̄z sedentez. i. bono ope torpentē. Leo papa. Nō torpentib⁹ sz laborantib⁹ dat̄ p̄miū. Nā tria sunt loca. s. celū infern⁹ ꝛ terra. Celū ꝛputatū est ad q̄escendū Mat. xix. Sedebit̄ sup sedes ꝛc. sil'r Mat. viij. Uenient̄ ab oriēte ꝛ occidēte. ꝛ recumbent cū Abraā et Jsaac ꝛ Jacob in regno celorum. Infern⁹ ꝛputat⁹ est ad iacendū. Prou. xiij. Jacebunt mali ante bonos. ꝛ impij ante portas iustor. Isa. xiij. Subter te sternet tinea. ꝛ operimentū tuū erunt vermes. Mūdus ꝛputatus est ad operandū. Job. v. Nascit hō ad laborandū sicut auis ad volādū. p̄s. lxxij. de accidiosis. In labore hoim nō sunt. ꝛ cum hoib⁹ nō flagellabunt̄. Blo. sz cū demonib⁹ iō Eccs. ix. Quōcūq̄z p̄t manꝰ tua opari instāter fac. Nam. q. Thes. iij. Qui nō laborat nō manducabit. ¶ Tertia infirmitas matthei erat. q̄z curis secularib⁹ inludabat. q̄z in theloniō q̄d raro fit sine pctō. quia cōiter tales sibi mūt vltra p̄ciū ꝓstitutū. vel etiā a quib⁹ nō ē accipiendū vt a clericis. vt habet de censi. ꝛ exactōib⁹. q̄q̄z. li. vi. Ratio. q̄z debēt p̄ salute regni exorare. Et ab h̄ officio fuit vocatus matheus p̄ xp̄m. qui dixit. Sequere me. Beda. Nō solū incessu pedū sed ꝛ mor. ecce diuina bonitas nobis in exemplū fiducie dei miscdie Aug⁹. Nemo de pietate dei diffidat. q̄z maior est miscdia dei omni neq̄cia. Si misericordit vocauit mattheuz auaricie innitentē. multo magis suscipiet te clamantē. Jō Bern̄. exclamat ꝓtra desperātes. O res confusa. res monstruosa desperare de dei miscdia. cū oīa nr̄a pcta respectu dei miscdie sunt quasi vna gutta respectu totius maris. Et hoc ꝓpendens matheus surgēs secut⁹ est eū. parui pendens oīa impedimēta. dicēs cū apl'o ad Phil'. iij. Oīa arbitrat⁹ sum vt stercora vt xp̄m lucrifacerē. Jtē quattuor sunt impedimēta que impediūt in itinere salutis. ¶ Primū est amor diuitiaz. testis hui⁹ iuuenis Mat. xix. multas possessiones hns. q̄ dixit. Magister q̄d faciā vt habeam vitā eternaz. Qui dixit ei. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. qui dixit. Hoc seruaui a iuuētute mea. Cui ihs. adhuc vnū tibi deest. Si vis ꝓfect⁹ esse. vade ꝛ vende oīa q̄ habes ꝛ da paupib⁹. ꝛ seq̄re me. q̄ audit tristis. Tūc ait ihs. q̄z difficile est q̄ pecuniā hnt introire in regnū celor. Facilius est camelū per foramē acus intrare ꝛc. Jō Eccli. viij. Aurū ꝛ argentū multos ꝓdidit. ¶ Secundū impedimentū est amor parentum. Luc̄. ix. Dixit

Jħs ad quendaꝫ. Seq̃re me. q̃ dixit. Mitte me p̈us sepelire patrē meū. Ecce amor parentum fuit illi impedimentū salutis. qr dixit Salvator Mat. x. Qui amat patrē vel matrē plus q̃ me nō est me dign⁹. ¶ Tertiū impedimentū ē amor amicor̄. Talis fuit ille Luc. ix. cui dixit ihs. Sequere me. Rñdit ille. seqnar te. mitte me p̈us nūciare his q̃ domi sunt. Et sic impletū ē illud Mat. x. Inimici hoīs domestici ei⁹. ¶ Quartū impedimētū ē timor. s. pusillanimitaꝫ. cogitādo ista onera nō posse gerere. p̄s. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Nā q̃d p te nō potes dño auxiliāte valebis. Isa. xl. Qui sperāt in dño habebūt fortitudinē. dicētes cū apl'o ad Eph. iij. Omnia possum in eo q̃ me ꝓfortat. Aliq̃ timent hoīm ptātem. q̃ faciūt ꝺ nūꝰ et iusticiā. de quibꝰ Leuitici. xxvi. Terrebit eos sonus folij volantis. Nā oīs ptās hūana q̃si foliū volās in vento. Jō Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹ et ampli⁹ nō hñt q̃d faciāt. sz timete cū q̃ hz occidere corp⁹ et aīam mittere in gehēnā Job. vi. Qui timet p̈uinā cadet sup eū nix. q̃ timet ptātem hūanā incidet in vltionē diuinā Job. xx. Qui fugerit arma ferrea incidet in arcū eneū. hec oīa n̄ retraxerūt sctm̄ mattheū Unū Remigius. Humana pricula q̃ ei euenire poterāt parui pendit dū oīa imfecta reliq̃t Idcirco voci xp̄i efficaciter obediuit. Juxta illud Bern̄. Perfect⁹ obediens parat aures ad audiendū. oculos ad videndū. linguaꝫ voci. man⁹ operi. et se totū colligit vt ex toto mādatum impleat. ¶ Secutus est sctūs Matthe⁹. q̃ surgens secut⁹ ē eū oīb⁹ relictis. Ecce magna matthei dilectio. de qua Aug⁹. Quantū q̃s despicit tantū diligit. et sic ipse oīa despexit. ħ signū pfecte charitatis fuit. de q̃ Greg. viij. moral. Ad culmen pfectionis tendūt q̃ exteri⁹ cūcta derelinquūt. Nā p̄m Hiero. xp̄i seru⁹ pfect⁹ nihil querit p̄ter xp̄m. ħ ¶ Sz quare nō vocauit mattheū statim cū Petro. sed p̈us fecit signa vt socrū petri sanauit Mat. viij. Et paliticū p tectū missum Mat. ix. Rñdet p̄m Symonē de cassia. Dñs qui hoīem ad imaginem et silitudinē suā fecit. put ab eterno p̈uidit vocauit. qr cognitor cordis est. q̃n sentit hoīem habilē et dispositū vocat. et sic egit cuꝫ genere hūano. noluit venire in p̄mo. secundo tertio q̄rto. vel q̃nto millenario. sz in sexto vbi genus humanū fuit habile. Etiam illa est rō q̄re aliq̃ vocāt. et aliq̃ n̄. qr q̃s videt dispositos aliq̃ in iuuentute. aliq̃ in senectute vocantur. Greg. xxix. moral. Misericors deus diu peccata hoīm tolerat. et cū vltimū finem respicit. plerūq; peccantiū mētes īmutat. ¶ Dixi scdo subiungit vana reprehensio humane iniq̃tatis. cū dr. Factū est discūbente eo. fecit conuiuiū. sic amici volētes se separare. et ecclīa inimici volētes sibi reconciliari. et sic mattheus voluit separari a mūdo. et reconciliari xp̄o. Uidētes pharisei q̃ opera xp̄i male interp̄tabant. murmurabant. ħ ¶ Jtez pharisei habuerūt quattuor infirmitates. P̄mo murmuratōnis ꝓtra aperta bona. cōtra hoc Sap̄. i. dicit. Custodite vos a murmuratiōe. qr nihil pdest. Scdo p̄sumptionis melioritatis xp̄i dicētes. qr h̄ pctōres recipit. Tertio elationis. qr iustos se reputabant. sed alios pctōres. Quarto temerarie suspicationis. suspicabant mattheū adhuc publicanū quē xp̄s elegit in apl'm. Jō dixerunt. quare cū publicanis et pctōribꝰ mādicat magister vr̄. Symon ꝺ cassia. Cū q̃s saluti aīaꝝ intēdit. et studet curare lāguores. tūc posset sumere necessaria etiā si de māmona iniq̃tatis existerēt. Symō de cassia. Fecit conuiuiū matthe⁹ magn̄ ex fide q̃ ex reruꝫ apparatu. exultans se ihm accepisse hospitē et q̃ de sua suba tāte hospitī meruisset mistrare. indignū se arbitrans q̃ vocaret a xp̄o. et q̃ xp̄us ad domū ei⁹ accesserat. qui nō venit ad domū ꝓpter ei⁹ cibū corporalē sz spūalē. verbū diuinū ei impties. reddēsq; eū accensuꝫ i dei amore. vt posset eligere egere cū xp̄o q̃ oīa possidere. Ecce mlti publicani. Symon ꝺ cassia. Unū cōtit et mlt̄os attraxit. Beda. Unius publicani conuersio multis exemplū pñe tribuit. et incentiuū cunctis fuit. Et videtes murmurabāt. Ecce ista questio orit ex supbia et mala estimatione. Et ihs audiēs ait. Nō est op⁹ valētibꝰ medic⁹. In h̄ redarguit nimiā temeritatē qui de iusticia sua p̄sumētes gr̄e celestis auxiliū querere nō curabāt. sz h̄ fecit male hñtibꝰ. illos vocat qui sue infirmitatis ꝺscij medicinā sanitatis pēnitendo requirunt. Quia pharisei se sanos reputabāt. publicani aūt male hñtes se cognoscebāt Jō isti a xp̄o sanabant. et illi i suis pctis relinq̃bant. De hoc medico Amb. Nouū medicamen nouꝰ mgr̄ attulit. q̃d de celo ad terram latum est. Uulnerat⁹ est ꝓpter nr̄as iniq̃tates. et eius liuore sanati sumus. Eccli. xxxviij. Altissim⁹ de terra creauit medicinā. ¶ Hic est optimus medic⁹. P̄mo in cognitōe infirmitatis. p̄s. xliij. Ipse nouit abscōdita cordis. ad Heb. iiij. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Ualēs medic⁹ est qui eandē infirmitatē patit̄ si. ut egrot⁹. et sic christus Heb.

ilij. Nō habem⁹ pontificē qui nō possit cōpati infirmitatibꝫ nr̄is. Scdo ex multoꝝ subuētione. ꝛ sic xp̄s nos oēs curauit. Lu. vi. Omnis turba querebat eū tangere quotꝫ tetigerunt salui fiebant. Leo papa. Sicut neminē sine pcō inuenit. sic oēs curare venit. Tertio in ꝓmpta curatione. ꝛ sic christus solo verbo Mat. viij. Volo. mūdare. Solo tactu. Lu. xiij. Ipse apphensuꝫ sanauit eum et dimisit. Ad hunc oēs ꝛ̄mus recurrere. Eccli. xxxviij. Fili in tua infirmitate n̄ ꝛ̄spicias teip̄m sed oza ꝛ̄ū. ipse curabit te. Nā ipse habet. vij. pixides. i. septē sacramēta que tradidit ad sanandū anime nostre vulnera. Jō sbdit. Euntes discite quid est. q. d. Discite vos q̄ facitis vos mgr̄os. scripturas diligenter inquirite. ꝛ ignorantie vestre subuenite. quod dn̄s loquitur p ꝓphetā Osee. vi. Misericordiā volo. s. p̄ peccatoꝝ dimissionem. ꝛ volo vt sitꝫ vobis ipsis misericordes p ꝓpriā recognitionē. Juxta illud Eccli. xxx. Miserere anime tue placens ꝛ̄o. ꝛ nō sacrificiū. i. holocaustoꝝ oblationē. vt scribit Proū. xxi. Facere misericordiaꝫ ꝛ iudiciuꝫ magis placet dn̄o q̄ victime. q. d. Vos offertis sacrificia corpalia ꝛ creditꝫ placere ꝛ̄o. ꝛ nō curatis de conuersione peccatoꝝ nec sustentatiōe pauꝑ. vt spūalem elemosinā faceretis. in quo ꝛ̄o magis placeretis. Juxta illud Sꝛe. Nullū ꝛ̄o tale sacrificiū sicut zelus animaꝝ. q. d. fm Chrys. Cur accusatis me cū in hoc ꝛ̄ū incusatis. cui placet. ꝛ voce ꝓphetica p̄dixit. Et subdit. Nō veni vocare iustos sed pctōres ad pniaꝫ. Unde Beda in omel. monet dubiū. Tñ vocauit Nathanael de quo Joh. i. Ecce verus israelita in quo dolus nō est. ꝛ ille fuit iustus. Rn̄detur. omnes electos ad regnū vocat. pctōres ad pniam. iustos vt ambulēt de virtute in virtutē. Uel sic Nō falsos iustos vocat vt pharisei erāt. sed eos qui se pctōres cognoscebant. quales fuerunt q̄ cum xp̄o manducauerūt. Symon de cassia. O quāta ē virtus phie que de peccatoribus facit iustos. de impijs pios. de alienis filios. de extraneis ciues. de terrenis celestes. de quo Chrys. in ꝓmone de sancto matthe dicit O virtus diuinitatis ꝛ misericordie. ex captiuo facis militē. ex luto aurū. de raptore apl̄m. de thelonario euāgelistā. Qui p̄us fuit in ꝓfundo malignitatis. nūc ascendit ad apicem ꝛ̄tutis vt neminē ꝛ̄bere ꝛ̄sperare ostēderet. sed omnibus nobis fiduciam misericordie sue p̄staret Si igit̄ fuisti superbꝫ recordare marie magdalene. si auarus. respice Zacheū ꝛ Matheū. si luxuriosus. vide adulterā. si iracundus. cōsidera Paulū. si multis peccatis negasti ꝛ̄ recurre ad Petrū. Vi oēs peccauerūt ꝛ veniā adepti sunt. p̄s. Miserationes eius sup̄ omnia opera eius.

Sermo cxxxij. Ad idem

Equere me.

Mat. ix. Pater vidēs filiuꝫ in piculoso loco sedere. vocat eum vt a piculo eruat. R Spūal'r. Sic christ⁹ vidit matheū piculose sedere. qz i theloniō ꝛ in loco auaricie q̄ ducit in piculū aie. de q̄ Aug⁹. de libero arbitrio. De auaricia oriunt oia mala. Et cū auaricia alicui dn̄at. tūc omnibꝫ malis subiect⁹ dem̄onstrat. Figurat Zach. v. Qui vidit amphoraꝫ egredientē. ꝛ oculus ei⁹ in vniū sa terra. ꝛ mulier sedēs i medio amphore q̄ est impietas. et massa plūbi in ore ei⁹. ꝛ erāt due mulieres spiritus hn̄tes maligños. ꝛ habebant alas quasi alas milui. ꝛ leuauerūt amphoraꝫ inter terraꝫ ꝛ celum. Spūal'r. Per amphoraꝫ intelligitur auaricia. Nā sicut amphora est vas terreū. et sic auarus tot⁹ terren⁹ est. ꝛ oculi eius in terra. Juxta illud p̄s. Oculos suos statuerūt ꝛ̄clinare in terrā. qz auaro gratius est intuere aurū q̄s solē. Dicit notāter in omni terra. qz auaricia ē generaliter. Juxta illud Hiere. vi. A minimo vsq; ad maxim̄ oēs studēt auaricie. Et mulier in medio amphore q̄ est impietas. est auaricia q̄ est impia. Dicit Amb. Auar⁹ pauperiorē se iudicat. nā sibi ꝛ̄esse arbitrat q̄d ab alijs possidet. ꝛ massa plumbi in ore eius. id ē graue peccatū i ore auari. s. mendaciū. piurū. Un̄ Aug⁹. Uir auarus inferno filius. nunq; dicit. sufficit. Due mulieres portāt amphoraꝫ habentes spūm malignū. i. duo peccata. s. superbiam ꝛ luxuriam. in quibꝫ habitat dem̄on et regnat. alas hn̄tes sicut milui. q̄ semp studēt rapine pulloꝝ. ꝛ sic auaricia insatiabilem habet appetitū. vt dicit Methodosius. Auaricia est gradus ꝛ̄licti ꝛ sceleris que non nocet vni sed vniuersis. Et leuauerūt amphoram inter celū ꝛ terrā. vt edificet ei domus in terra Sennaar. que interp̄tat fetoꝝ. qz pctm̄ auaricie inducit fetorē conscie. Nam est radix cunctorum maloꝝ. d̄ quo apl's. i. ad Thi. vi. Radix omnium maloꝝ est cupiditas. Et dicit sctus Tho. in. ij. ij. Auaricia est radix oim malorū nō q̄ sp oia oriunt ex auaricia. sz qz nullū est malū qd̄ nō interdū ex auaricia oritur. Ideo

Luc. xij. Cauete ab omni auaricia. Nã dicit Aug⁹. Uenenũ charitatis est auaricia. Naꝫ sicut charitas oim bonorũ est radix. sic auaricia omniũ malorꝫ. Idcirco dñs vocauit matheũ dicẽs. Sequere me. de q̃ thema. ¶ In summa ꝺbꝫ duo innuunt. Primo matthei vocatio benigna. ibi. sequere me. Scõo pharisęorũ murmuratio maligna. ibi. quare. De ꝓmo dicit. In illo tpe. s. cum sanasset paraliticũ in lecto trãsiuit videre eum. Uñ Chrys. Ne accenderet eos in odiũ sui. Symon de cassia. Qui creauit hoiem ad imaginẽ suã. ille ꝓnoscit omniũ volũtates ꝫ dispositiões q̃ faciles sunt ad auersionẽ. ꝫ difficiles ad ꝺuersionem. ¶ Ideo sepe mens hominũ hesitat cur iste vocatur? Rñsio. Non est verior causa nisi qꝛ deus nouit corda hominũ ꝫ volũtates faciles ad ꝺuersionẽ que homini nõ apparent. Naꝫ misericordiã etiã exercet ad reprobos ne ampliori pena amplecterent. si vocati venire cõtemnerẽt q̃ si despicerẽt nõ vocati. de q̃ Joh. xv. Si nõ venissem ꝫ eis locut⁹ fuissez peccatum nõ haberẽt. Nã spiritus vbi vult spirat. Joh. iij. Dicit Symõ de cassia. Deus nisi qđ iustum est vult. Idcirco iuit ab eis ne irritaret eos in odium. ꝫ ne maiorẽ incurrerent iniquitatẽ ꝫ penã. Luc. xij. Seruus sciens volũtatem dñi ꝫ nõ faciẽs vapulabit plagis multis. Ignorans vero pauciorib⁹. qꝛ cui multũ datũ est. multum querẽt ab eo. Lu. xij. Et vidit hominẽ sedentẽ in theloniꝺ matthey nomine. ꝫ fuit in capharnaũ. que fuit ciuitas capitalis ī galilea maritima cõmertijs apta. ibi matthęus reipublice agebat officia. Naꝫ dicit matthęus nomĩe de genere leui. qꝛ erat de tribu leui. publican⁹ ex officio. a scipione habuit oꝛiginẽ rome. q̃ pro republica ordinauit publica theloniꝺ. ꝫ de eoꝝ numero erat matheus. q̃ numismata imagine insignita cesaꝛ in cesareũ fiscũ ꝺgregabat. Sic xpus rex celi ꝫ terre vocauit matthęũ vt numismata. id est homines imagine dei insignitos locaret in fiscum regis celestꝭ sicut piscatores. Mat. iij. Nõ ab arte abiecta fecit. sed in meliora cõmutata. ꝫ sic matthęũ vocauit ad hoc vt exigeret numismata dei. i. homines vt cognoscerẽt creatorem. Idcirco dicit. vidit hoiem. s. in singulari. ¶ Itẽ visio dei est triplex. Primo videt omẽs generaliter. Scõo diligẽtes amicabiliter. Tertio penitentes misericorditer. Primo videt omnes generaliter. Prou. xv. In omni loco oculi dñi ꝺtemplant bonos et malos. videt generaliter iuuenes ꝫ senes. diuites ꝫ paupes. nobiles ꝫ ignobiles. ps. De celo respexit sup oẽs filios hoim. s. in luce ꝫ in tenebris. in secreto ꝫ in publico. Heb. iij. Omnia nuda ꝫ aperta sunt oculis eius. Jõ vbiq̃ studiosi. virtuosi. ꝫ disciplinati debemus esse Boeti⁹ in de ꝺsola. phie. Magna ẽ nobis indita necessitas ꝓbitatis cũ omia agam⁹ ante oculos iudicis cũcta cernẽtis. ¶ Scõo videt diligentes se amicabiliter. s. amore ꝓueniẽdo. ꝫ in amore ꝺseruando. Sap. iij. Gra ꝫ misericordia dei in sanctis ei⁹. ꝫ respectus in electis illius. ps. Oculi dñi sup iustos. s. ꝓbens magnam dilectionẽ ꝫ deuotionem. Heñ. iij. Respexit dñs abel. ꝫ ꝓbuit ei dilectiõz. ex qua obtulit dignã oblationẽ. ¶ Tertio videt penitẽtes misericorditer. ꝫ sic respexit inimicos ninuitas. Jone. iij. Uidit de⁹ opa eoꝝ. s. niniuitarum pniam. Et sic dꝛcari debem⁹ deũ vt respiciat nos oculo misericordie cũ ps. Protector noster aspice de⁹. ¶ Nam aspect⁹ diuinitatis ad quem dirigit multos habet effect⁹ ¶ Primo efficit timorꝰ incussionẽ. ps. Qui respicit terrã ꝫ facit eã tremere. i. terrenũ pctõrem facit timere. sicut reus in ꝺspectu iudicis terret. Uñ Prou. xx. Rex q̃ sedet in solio iudicij dissipat omne malũ intuitu suo. s. incutiẽdo timorem ꝓ quẽ pctõr declinat a malo. de q̃ Fabianus papa. ꝫ habet. xi. q. iij. Qui omnipotentẽ metuit. nec ꝺ deũ nec ꝺtra eccliaz nec ꝺtra institutа patrũ facit. Jõ. ij. Mach. xij. Honora eũ qui vniuersa respicit. s. vt nõ facias in eius ꝑsentia. qđ times facere in mea presentia. qꝛ scribit Eccli. xvij. Oculi dñi lucidiores sole circũspicientes omes vias hoim ꝫ profundũ abyssi. ¶ Scõo aspect⁹ deitatis opat boni ꝓpositi inspiratione. Figurat. i. Regũ. i. Respexit dñs annã que ꝑ⁹ erat sterilis et peperit sexũ virilẽ. ꝫ sic deus respicit peccatorẽ sterilem. dans ei grãm ꝺcipiendi bonũ ꝓpositũ. ꝫ facit parere opus ꝺbꝫosum. sicut fecit pater filio ꝓdigo Lu. xv. Uidit eum ꝓdigum cum adhuc longe esset ꝫ iussit anulũ dare in man⁹ eius. ꝫ calciare pedes ei⁹ ꝫ induere vestib⁹. Et sic de⁹ respiciens pctõres ꝺat calciamẽta pedũ id est bonũ affectũ ꝫ anulũ in manib⁹. ꝫ induit eũ bono ꝓposito ꝫ oratione. Jõ Aug⁹. Bonũ ꝓpositũ redeundi ad patrẽ nõ habuisset. si aspectu misericordie caruisset. ¶ Tertio respectus dei operat ꝺtritionẽ cordis. de q̃ Luc. xxij. Respexit dñs petrũ ꝫ egressus foras fleuit amare. Mimurũ. qꝛ oculi dñi erant q̃si flãma ignis. cor peccatoris liquefaciẽs. vt glacies que a facie ignis dissoluit. ps. Sicut cera

204

fluit a facie ignis. sic pctōr a facie dei. s. dissoluit in ꝓritōe lachrimaꝝ. ¶ Quarto respect⁹ diuinitatis causat spūaliū bonoꝝ multiplicationē. Isa. vl. Ad quē respiciā nisi ad humilē scz p multiplicationē grāꝝ. Nā hūilis est sic vas vacuū aptū ad grām. De quo Jaco. iiij. Humilib⁹ dat grām. & quib⁹ Leui. xxvi. Respiciam vos & faciā vos crescere in bonis.

Quinto respect⁹ diuinitatis causat oīs miserie liberationē. Exo. iij. Videns vidi afflictionem populi mei & descēdi liberare eos. s. de miserijs. sic nos petere debem⁹ misericordie sue visionē. dicendo Dañ. ix. Aperi oculos tuos et vide tribulationē nr̄am & cogita de nobis. ps. lxxix. Respice de celo & vide & visita vineā istā Eccli. xxxvi. Respicias in nos & oñde misera tionū tuaꝝ lucē dñe. Et sic oculis misericordie respexit matthēū liberās eū de piculo viciorum dicēs. Sequere me. Ecce vocauit eum ab h̄ officio. Dicit ei mgr̄ in. iiij. di. xvi. Tria genera hoim sunt q̄ vere penitere nō pñt. nisi aggrauationē ꝺ scie postponāt. ¶ Primi sunt gerētes odiū in corde. qz dicit Chrys. Odium est spūs tenebraꝝ. Aug⁹. Sic puta te odiū quasi occisoris gladiū. Nam de⁹ nulli remittit pctā nisi pus dimiserit ꝓximo. Eccli. xxviij. Relinque ꝓximo nocenti te. & dep̄canti tibi dabit venia. Aug⁹. Unusq̄sq; tale indulgētiā accipiet a deo. qualē faciet ꝓximo.

¶ Secūdi qui male acquisita possidēt. Augus. & habet. xciij. q. vi. si res. Si res reddēda est et nō reddit. penitentia nō agit sz simulat.

¶ Tercij sunt qui officiū vel negociū gerunt q̄ sine peccato exercere nō pñt. talis penitens esse nequit nisi desistat. vt est theloniū. ¶ Licet posset aliq̄n esse sine peccato. vt ab antiquis positum est vel ab illis q̄ habent posse. vt a regib⁹ vel a p̄ncipib⁹ potestatem habentib⁹ vel ex iusta causa. vt p defensione transeuntiū vel nauigātiū. vt patet. xxiij. q. iij. Si q̄s romipetas. attn̄ tales sedentes bono torpent. Dicit Bern̄. Nunq̄ ociosus sit seru⁹ dei. Nam fm Valeriū. vanam dant ocia mentē. Jdeo Hiero. Semp aliq̄d opis facito. ne te diabolus inueniat ociosum. q̄lis fuit matthe⁹ i theloniō sedens. Jdeo Hze. in omel. Petrus et alij quā reuersi sunt ad piscationē post resurrectionem. Matthēus ꝺo nō venit ad theloniū. Jdeo subdit. surgēs secut⁹ est eū. Symon de cassia. Matthe⁹ nō fuit surdus audi tu. nec tardus ad ꝟba. nō expectauit fiscarijs cesaris rōnem reddendo. p eo q̄ relinquebat theloniū in dāno. Nā xp̄s vocauit eū interi⁹ & exterius. Exterius p vocē. interius p inspirationē. qz dicit Hiero. Fulgur & maiestas diuinitatis occulta relucebat in humana facie q̄ exp̄mo aspectu videntes ad se trahere poterat. sicut magnes ferruꝝ attrahit. Jdeo dicit Symon de cassia. Uerbū xp̄i nō solū auribꝫ matthei insonuit. sed animū attraxit. affectū immutauit. & intellectū illuminauit. Et subdit. & factū est discumbente eo in domo. Dicit Symon de cassia. Matthe⁹ reliquit alienas & ministrauit christo de sua suba. indignū se reputans q̄ vocarek a christo. Et sic humilior reddebat. & quanto humilior de tanto gre xp̄i capacior. qz christ⁹ nō intrauit ad eū ob cibi causam. sed ad erudiendū & ꝺfirmandū eius aīam quā fecerat in relictione rez & in sequela sui augens inceptū. Et subdit. Multi publicani & pctōres veniebant ad eum & discubuerunt cum iesu & discipulis ei⁹. ¶ Sz diceres tn̄ dicit Isa. lij. Exite vos & recedite. immundū nolite tangere. Rñdet Aug⁹. Ille recessus n̄ intelligit corpaliter. sed spūaliter. Nā recedere & exire est facere q̄d ptinet ad correptionem ipsoꝝ. Nam dicit Aug⁹. & h̄. xxiij. q. iij. tolerandi. Tolerandi sunt mali p pace. i. ne scandalum fiat. Jdeo de ꝺsecra. Tu bonus tolera malum. Nam fm Aug. sup Exo. Immūdū tangere est peccatis ꝺsentire. & sic recedere de⁹ ab eis. nō aūt corpaliter. Nā dicit bat⁹ Greg. Perfectus nō est q̄ impfectū sustinere nō potest. Attamen de pfectis habet. xxiij. q. iij. resecande. Resecande sunt carnes putride & scabiosa ouis a sanis. ne alias inficiet. s. simplices & impfectos. Nam fm Grego. Tanto q̄sq; pfector est. quāto dolores sentit alienos. Sed diceres. tn̄ ap̄lus. i. Choꝝ. v. dicit. Si quis nominat inter vos fornicator aut auar⁹ cum hmōi nec cibū sumere licet. Rñdet p nominationē hanc nō intelligit simplicē nominationē. qz al's multi innocētes essent dānandi & nō sunt. sed intelligi. s. p sniam iudicis. vt habet in can̄. ij. q. i. multi. Nō possumus aliquē a cōmunione ꝓhibere nisi sponte ꝺfessuꝝ aut cora iudice ecclīastico accusatum & victū.

¶ Dixi sedo tangit phariseoꝝ murmuratio maligna. ibi. & videres pharisei dicebāt discipulis ei⁹. qre cū publicanis & pctōrib⁹ mādu cat mgr̄ vester. Ecce alios iudicantes nescientes q̄les fuerūt. Attn̄ si sciuissent & nouissent seipsos. nō despexissent alios. Sen̄. Nihil be ne nosci q̄ seipsuꝝ nescit. O quot sunt hodie tales qui ꝓprios defectus non cognoscunt. Symon de cassia. Quis est q̄ in lege dñi nō

ꝛeliquit. si non fecit tñ voluit. Jō Eccl'i. xxxi. Intellige que ꝓpinqui tui sunt ex teipso. ¶ Q Sz di. quare christus voluit ita pctōribꝫ ꝯuersari ꝛ nō ducere vitā solitariā. sicut ioh̄anes baptista. Rñdet sctūs Tho. ꝑte. iij. q. xl. ar. i. dicēs. Cōuersatio xp̄i talis ꝛebuit esse vt ꝯueniret sue incarnationi ꝑm quā venit i hūc mūdum. Venit ergo in mūdū tribꝫ ꝛe causis ¶ Primo ad manifestandū veritatez. Joh. xviij. Ad hoc veni in mundū vt testimoniū phibeam veritati. et iō ꝛebuit in publico ꝓcedere p̄dicādo vbi fuit ppl'i multitudo. Luc. iij. Nunq̄d ꝛ alijs ciuitatibꝫ oꝑtet me euāgelizare. qz ad h̄ missus sū. ꝑs. Annūciaui iustitiam tuā in eccl'ia magna. ¶ Scdo xp̄us venit in mūduz vt hoies a pctō liberaret. De q̄ i. ad Thi. i. Christus iesus venit in hūc mundu3 pctōres saluos facere. Et iō dicit Chriſ. Licet in eodē loco manēre posset ad se omnes trahere. nō tñ hoc fecit. p̄bens nobis exēpluz vt ꝑambulem⁹ ꝛ queram⁹ errātes. vt pastor ouē p̄ditā. ꝛ medicus infirmū. vt ꝺz ꝓphetam Ezech̄. xxxiij. Ecce egoipse req̄raz oues meas ꝛ visitabo eas. sicut pastor visitat gregē. Hoc ꝛesiderauit dauid dicens. Erraui sicut ouis q̄ p̄rijt. quere seruū tuū dñe. Sil'r Jsa. liij. Nos oēs quasi oues errauim⁹ ꝛc. i. Pe. ij. Eratis sicut oues errātes. sz nūc cōuersi estis ad pastorē. ¶ Tertio docebat vt ꝓsideremus q̄ ꝑ ip̄m habeam⁹ accessum ad ꝛeū. ad Ro. v. Per xp̄m dñm nr̄m accessum habem⁹ ad ꝛeū ꝑ fidem ꝑm gl'iaz istā in qua stam⁹. ideo cōueniens fuit ipsum hoibꝫ ꝯuersari. signāter ꝓcatoribꝫ. vt omnibꝫ fiduciā daret ad ꝛeū accedendi. Baruch. iij. In terris visus est ꝛ cū hominibꝫ est ꝯuersatus. Hoc videntes pharisei murmurabant dicētes. Quare māducat magister vester cū pctōribꝫ. Quibꝫ xp̄s respōdit Nō est opus valentibꝫ medicus. sz male habentibꝫ. q. d. Vos estis sani in apparentia vestra. ergo nō indigetis medico. cum scribitur Jsa. i. Oīs caput languidū. oīs cor merēs. Idcirco necessari⁹ est medicus celestis. cū nemo mūdus a sorde. nec infans vni⁹ diei. Jō exclamat Hiere. xvij. c. Sana me dñe ꝛ sanabor. ꝛ hoc ipsi nō intelligētes. Ideo dixit eis. Euntes discite qz misericordiā volo et nō sacrificiū. q. d. Hec est voluntas ꝛei p̄ris q̄ vult pctōrū saluationē. Nā legis sacrificiū nō iustificat hoies opa misericordie ñ exercētes. qz dicit Hylari⁹. Misericordia legē obseruantibus est necessaria. Nam ꝺz ad Ro. iij. Oīs ꝓccauerūt et egent gl'a ꝛei. ꝓpter qꝺ subdit Non veni vocare iustos. sed pctōres. Chriſ. Hoc ironice dictū est. sicut illud. Ecce adam quasi vnus ex nobis fact⁹ est. qz nullus iust⁹ erat in terra. q. d. ideo nō sperno pctōres. qz ꝑpter ipsos veni vt eos traham post me in vitam eternam.

De sancto Michaele
Sermo cxxxiij

a Ngeli eoꝝ vi dent semp facie p̄ris mei qui i celis est Mat. xviij. R Paterfamilias mancipās filiū suū ad scolā. puidet sibi ꝛe pedagogo ad imbuendū ꝛ custodiendum. Spūal'r. ꝛ sic ꝛeus p̄ locās hoiem in hūc mundū nō eū solitarie mittit. sz ꝛeputat vnicuiq; angelū in custodiā. ꝑs. xc. Angelis suis ꝛe⁹ mādauit ꝛe te. Que ꝛba tractat beat⁹ Bern̄. dicēs. O mira dignatio. vera ꝛ magna dilectio q̄ dñs mādauit angelis ad custodiendum nos. Chriſ. sup̄ epl'am ad Heb. Q quātus honor nobis extitit q̄ ꝛeus ad nos sicut ad amicos angelos mittit. Figurat Thobie. v. Pater thobie noluit filiū solitarie mittere in rages. sed iussit sibi q̄rere comitē ꝓpter discrimina viaꝝ. Spūal'r. Rages interptat egrotatio. ꝛ significat mūdum vbi est egrotatio viciorum. Deus nō mittit nos solitarios. sed associat nobis angelos. ꝛe q̄ Hiero. Magna dignitas animaꝝ vt vnaquaq; habet ad custodiā angelum ꝛeputatū. Jdeo dicuntur angeli hoim. cum ꝺz. Angeli eoꝝ. ¶ In hꝫ ꝑmissis duo inuunt̄. Primo hoim dignitas gloriosa. ibi. angeli eorū. Secūdo subiungit angeloꝝ ꝓpietas iubilosa. ibi. semp videt faciem patris. De p̄mo dicit. angeli eoꝝ. Aug⁹. ꝛe ciui. ꝛei dicit. Sunt angeli ꝛei ꝛ angeli nr̄i. in mūdo nr̄i. in iudicio nr̄i. in celo nr̄i. Pio sunt angeli nr̄i in mūdo. qz nobis ad ministeriū missi. ad Heb. i. Omnes sunt administratorij spūs. ꝛ in misteriū missi. S Dicerres mittunt̄ oīm es. Rñdet Dyonisi⁹. Mitti angelos capit̄ dupliciter. Uno mō ad oīa diuina secreta reuelanda. Alio mō ad exteriora exequēda. Primo oēs mittunt̄. qz supmi qui dicunt̄ assistētes reuelant secreta mediꝫ ꝛ medij infimis. Scdo mō locum ꝛe celo ad terrā mutādo. ad h̄ solū mittunt̄ angeli inferiores cōmuniter loquēdo. ꝛ ex officio eoꝝ. Dico cōmuniter. qz ꝑ arduo negocio mittunt̄ etiā superiores. Jsa. vi. Volauit ad me vn⁹ ꝛe seraphin. Et ex tali ordie Dañ. vij. Milia milū

ministrabãt ei. ⁊ decies centena milia assiste bant ei. vbi sctũs Tho. pte. i. q. l. ar. iij. Ange li sunt immateriales sube in maxia multitu dine. Et Dyonisi⁹ li. viij. celestis hierarchie. Multi sunt q̃ excedũt cõmẽsuratione numero. De quo Job. xxv. Numq̃d est numerus militũ ei⁹. q. d. non. Illoꝛ oim festiuitas cele brat hodie. Et oĩs dicunt angeli. i. nuncij. et mento. Dicit san. Tho. pte. i. q. cviij. ar. v. Licet ñ oẽs mittunt. tñ oẽs dicunt angeli p̃ pter manifestationes diuinoꝛ secretoꝛum.

¶ Sed cũ sint spũs incoꝛpoꝛei. cur coꝛpa liter pennis depingunt. Rñdet Jsiõ. viij. ethi mologiaꝝ. ppter mysticũ intellectũ. Primo depingunt pennis ppter eoꝛ promptã volũta tem ⁊ celerẽ discursum. Secõ longa coma ⁊ reflexis capillis. ad significanduꝫ ordinatas affectiões ex mẽtis radice procedentes. Tertio aures ppter diuinã inspiratione percipientes Quarto nares. q̃ pctã fetida fugiũt. Quinto labia. q̃ diuia secreta manifestãt nob. Sexto imbarbes ad designãdũ q̃ in oĩb⁹ etatib⁹ ⁊ se nio nõ deficiunt. Septimo man⁹ et brachia hñtes. q̃ ad fortẽ actiũ nos hortãt. Octa uo coꝛ ⁊ pectus ad significandũ dei fortitudi nem. q̃ in exercitu sennacherib vn⁹ angelus. clxxxv. milia occidit. Nono pedes nudos. ad significandũ liberã affectionẽ ad deũ ⁊ motuꝫ sine impedimento. Decimo penn ati. q̃ sunt a cogitatiõe terrena penit⁹ alieni. ⁊ in templa tione alti. ⁊ sic sunt in mũdo nostri custodes.

¶ Sꝫ cur h̃ ordinauit deus vt sint nr̃i cu stodes. Rñdet. Primo ppter hoĩs dignitatẽ que in h̃ attendit q̃ hũana natura est dignifi cata ⁊ ineffabiliter nobilitata p suã subsũtiaꝫ in diuino suppoito. rõne huius debet sibi ho noꝛ diuinus ⁊ cult⁹ latrie q̃ soli deo est debit⁹ Et dicit Athanasi⁹. Perfect⁹ de⁹ pfectus hõ. Et inde est q̃ añ incarnationeꝫ angeli promise rũt se adorare. Hoc tñ post incarnationẽ phi buerũt. Apoc. xix. Vide ne feceris q̃ cõfrater tuus sum ego. Jõ angeli nõ dedignant seruire homini. cũ humanã naturã videt supra se elevatã. Secõ ppter eoꝛ vtilitatẽ que cõsistit in h̃ q̃ coꝛ ruina ex hoĩb⁹ debet restaurari. q̃ hoĩes saluãdi intrabũt in locũ cadentiũ ange loꝛ. ꝛ q̃ Mat. xxij. In celo non nubent neq̃ nubent. sed erunt sicut angeli dei. ¶ Jõ angeli administrauerũt ad redemptionẽ hu mani generis. Prio ad incarnationẽ nũcius fuit angelus. Luc. i. Missus est angelus ad virginẽ dicens. Ecce cipies. Secõ ad nati uitatẽ. Lu. ij. Annũcio vob̃ gaudiũ magnũ. et venit multitudo militie celestis exercit⁹ di cens. Gloria in excelsis deo. Tertio ad passio nem. Lu. xxij. Apparuit ei angelus cõfortans eum. Quarto ad resurrectionẽ. Ecce angelus dñi descendit de celo ⁊ apparuit mulieribꝫ di cens. nolite timere. Quinto ad ascensionem. Ecce duo viri steterũt iuxta illos Act. i. Jd circo Leo papa. ⁊ habet de cõse. dis. i. Di duo hymni sunt in nouo testamento p angelos de cantati. alleluia. atq̃ gl̃ia in excelsis deo. Rõ. q̃ coꝛ ordines facti sũt ruinosi p superbiã. vidẽ tes deũ hoiem natũ cecine[illegible]. Gl̃ia i excelsis deo. Videntes p resurrectionẽ aias liberatas. cecinerũt alleluia. Itẽ ppt coꝛ vtilitatẽ. q̃ ac cidẽtale pmiũ eis accumulat̃ vsq̃ in diẽ iudi cij. Nam quot hoĩes p coꝛ ministeriũ cõuer tunt. tot in eis gaudia cumulant. Jõ Lu. xv. Gaudium est angelis dei sup vno pctõre ⁊c. Nã sicut medic⁹ gaudet de effectu medicine i infirmo. sic ⁊ angeli. Bern. sup Cañ. Lachry me penitentium sunt vinum angeloꝛ.

¶ A Tertio sunt nostri angeli nob ad custodiã in mũdo deputati. ppter hoĩs necessitatẽ. q̃ ne cessitas requirit. q̃ sepe diabolus i hoĩe ratio nem seducit. voluntatẽ abijcit. fortẽ operati uã oppũnit. qđ̃ inquerit Bern. Undiq̃ bella undiq̃ tẽptamẽta. nusq̃ securitas. Jõ Bern. Angelus i omni loco est sedulus prosequa tor. Itẽ inimici sunt seui. i. Pe. v. Aduersari⁹ vester ⁊c. Item inimici sunt multi. Paymo. Aer iste obscur⁹ ita plen⁹ ẽ diabolis sicut ra dius solis minimis puluerib⁹. Jõ necessaria ẽ custodia angeloꝛ. Nã dicit apl's ad Eph̃. v. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊ san guinẽ. sꝫ aduersus pncipat⁹ ⁊ ptates tenebra rũ. Jõ Bern. Si bon⁹ spũs se elongaret ma loꝛ impetũ q̃s sustineret. Itẽ inimici nr̃i sunt astuti in temptatõe. q̃ dicit san. Tho. pte. i. Cognitio natural' nõ est demonib⁹ ablata sꝫ diminuta ppter simplicitatẽ sue sube. ꝯsequi tur em̃ naturã angeli. Jõ Dyoni. iij. de diui nis noĩbus. Dona in eis naturalia manẽt in tegra. sed cognitio p gr̃am in speculatiõe non totaliter est eis ablata sꝫ diminuta. q̃ de secre tis diuinis tantũ reuelat eis q̃tuꝫ oportet me diantib⁹ angelis. Sꝫ totaliter cognitio p af fectionẽ charitatis est in eis sublata. vt resiste mus eoꝛ insidijs. necesse ẽ h̃re angelos Job. xli. Non est ptãs sup terrã que comparet ei. Nos em̃ sum⁹ q̃si locuste viles. ipsi vo quasi gigantes fortes. p̃s. xxxiij. Immittet angelus dñi in circũitu timentiũ eũ ⁊ eripiet eos. Ori genes. Vult dominus facere res mirabiles de

locustis vult supare gigantes. ꝛ sic iuuando sunt nr̄i custodes. ¶ Itē in hoīe est potentia intellectiua opatiua ꝛ affectiua. sed oēs sunt ꝛfectuose. Primo intellectiua est obscura. i. Thoꝛ. xiij. Videm⁹ nūc i enigmate. Jō venit̄ angeli nos illuminando. Jō Apoc. x. dr. Accipe libꝝ de manu angeli. i. illuminatiōnē ⁊ informationē. Rich. de ꝓtemplatiōe. Angelus ē diuin⁹ nūci⁹ p quē diuinā volūtatem cognoscim⁹. Jō cū ignoram⁹ q̄d facere ꝛeamus angelū inuocare ꝛebem⁹. Aug⁹. in soliloquio. Angeli ambulāt nobiscū vocētes. q̄z pie q̄z honeste ꝙuersemur in medio natōis prauę Scdo in hoīe est potētia opatiua. sed illa aliq̄n impedit diaboli tēptatiōe. q̄d ꝙq̄rit apls. i. Thes. ij. Impediuit nos sathanas. Sz boni angeli accedūt ꝓtra malos ꝛ eripiunt nos. Figurat Thob. viij. Angel⁹ raphael demonē ligauit. ꝛ ipm in deserti relegatū misit. Et⁹ ligatio est ptātis ei⁹ refrenatio. Greg. Hoc est officiū angeloꝝ refrenare dēmones. ne intārū noceāt q̄ztum volūt. Jō Piero. Angeloꝝ auxilijs liberamur ab inimicoꝝ insidijs. Bern. Quotiēs cernit̄ grauissima tēptatio in itinere totiens inuoca tuū custodē. vt sit adiutor in tribulatiōe. q̄z legit̄ Dan. iij. Angel⁹ descendit in fornacē cū daniele ꝛ socijs ei⁹. Tertio i homine est potētia affectiua. ꝛ est aliq̄n infirma ꝛ tepida. sz angeli accedūt ꝛ excitāt affectum. Actu. xij. Cum petrus ꝛmiuit angel⁹ ait ei. Surge velociter. Sil'r. iij. Reg. xix. de helya. Surge. grādis restat tibi via. ꝛ Zach. iiij. Angelus dñi excitauit me q̄si hominē de somno. Jō Aug⁹. Angeli boni hoīem nō molestāt sz in bono pmouent ꝛ fortāt. ꝛ gerūt nr̄a desideria ante deū. Thob. xij. Cū orabas cū lachrimis ego obtuli oīones tuā dño. Piero. Perferūt angeli oīones ꝛ desideria electoꝝ añ cōspectū dei. ¶ Nota angeli sunt nostri in vita. in morte. ꝛ post mortē. q̄z nō cessant a custodia hoīs. ¶ Prio i vita vt dic̄ san. Tho. sup. ij. sen. di. xi. Angel⁹ homini ad custodiā ꝛputat⁹ nunq̄z relinquit hoīez ex toto. alꝫs in nihilum rediger̄et. licet ꝛelinq̄t eū ꝑm quid nō tm̄ totaliter. q̄z dicit Bre. Sicut esse nr̄m est ex nihilo. ita ad nihilū tēderet nisi manu regiminis auctoris illud ꝙseruaret. ꝛ sic de angelo. Ille etiā relinquit nos ꝑm q̄d. Nā sic deus pmittit nos ꝑbiacere tribulatiōibꝫ ꝛ cadere in peccatū. Ro. i. Tradidit eos in reprobū sensum. Et sic angeli dicunt relinquere hoīez inq̄ntuz a pcīs ꝛ tribulatiōibꝫ ñ retrahūt. nūq̄z tm̄ totaliter vsq̄z ad finē mortis hoīem relinquūt. Bern. In omni loco angel⁹ sedulus ꝓ dissequa ē aīe. Sz q̄ pmittit hoīem aliq̄n cadere ē culpa hois. Orige. in li. de ritu eccl'ie. Nō p ingratitudinē ꝛ peccatū reddit se angelica ꝓtectiōe indignuz. ¶ Scdo sunt angeli nr̄i in morte nob̄ seruiēdo ꝛ diabolos fugando. Figurat Ben. xxij. Ubi cuz iacob timuit esau tūc habuit āgelos se iuuare paratos. q̄s cū vidisset dixit. Castra dei hec sunt. Q̄z magna erit ꝙsolatio cū hō christian⁹ in agone vidēbit angelos occurrere ꝛ dēmones fugare. ps. Immittet angel⁹ dñi in circuitu timentium eū ꝛ eripiet eos. Bern. Discurrit angelus mediꝰ inꝰ deū ꝛ nos vota offerēs. ꝛona referēs. ¶ Tertio sunt angeli nr̄i post mortē aīas ad purgatoriū ꝛ extra ducendo. Figurat Thob. v. Dixit raphael angelus de thobia ad antiquū thobiā. ego sanū filiū tuū duco ꝛ reducā. Jdeo canit eccl'ia. Mitte archangelū michaelem vt ille dignet eripe aīas de manu inferni Jdeo cōmunis septimana de aīabꝫ ꝓagitur post festū angeloꝝ. Un̄ Bern. O iudea ꝛ hierusalē q̄to desiderio aduētū nr̄m expectāt solliciti querūt vt sim⁹ eoꝝ socij q̄ facti sunt nr̄i ministri. Itē post mortē de purgatorio ad celum portādo. de q̄ ꝑt dici illud Exo. xxiij. Introducet te angel⁹ me⁹ i locū quē parauī tibi sicut factū est Luc. xvi. Cū morer̄et mēdicus ꝛ portar̄et ab angel'is in sinū abrae. Bern. Non amīgo q̄n graciter locant in palatio q̄s dignanter visitāt in sterq̄linio magno cum gaudio. vt impleat illd̄ Isa. lv. In letīcia egredie mini ꝛ in pace deducemini. Nā nunq̄z aliq̄s rex vel papa aut epūs ita reuerēter est suscept⁹. ꝛ cū tali dignitate introduct⁹ sicut angeli aiam̄ hois introducūt i celū. Jō Bern. In oī loco. in q̄uis diuersorio angelo tuo reuerentiā exhibe. Nā ad h̄ obligamur. Beda li. de ritu gentiliū. Unusq̄sq̄z nouerit se obligatū vt vener̄et angeloꝝ collegiū. Rō Aug⁹. i li. lxxxiij. q̄stionū. Quicq̄d fuerit diuini muneris h̄ virtute angelica mittit̄ fidelibꝫ vniuersis.

Sermo cxxxiiij. Ad idem

Angeli eoꝝ vi

dent semp faciē p̄ris mei qui i celis est Mat. xviij ¶ In verbis p̄missis duo innuunt. Prio ꝓponit hoīm dignificationē. Scdo angeloꝝ ꝙditioz. ꝑmū ibi. angeli eorū. Scdm ibi. semp vident faciem ꝛc. D ¶ De p̄mo dicit. angeli eorum. Aug⁹. Dicunt angeli dei ꝛ angeli nr̄i. Angeli dei q̄z deuz

